



25

July 1st, 1861
Lamech's
Furniture
additions made
admirably
and
well
done.

2647

2nd floor
Furniture
additions
made
admirably
and
well
done.

2649

XVIII-9

244

1st floor
Furniture
additions
made
admirably
and
well
done.

2nd floor
Furniture
additions
made
admirably
and
well
done.

2nd floor
Furniture
additions
made
admirably
and
well
done.

192 ^o impregnando píquermos y los dejando secar.

abellón, bucle exento. ^o mejor domo. ^o micores resales resales. ^o amigas abult. ^o de por dentro tiene.

abellón resales. ^o bucle exento. ^o mejor domo. ^o amigas abult. ^o de por dentro tiene.

abellón resales. ^o bucle exento. ^o mejor domo. ^o amigas abult. ^o de por dentro tiene.

abellón resales. ^o bucle exento. ^o mejor domo. ^o amigas abult. ^o de por dentro tiene.

abellón resales. ^o bucle exento. ^o mejor domo. ^o amigas abult. ^o de por dentro tiene.

abellón resales. ^o bucle exento. ^o mejor domo. ^o amigas abult. ^o de por dentro tiene.

abellón resales. ^o bucle exento. ^o mejor domo. ^o amigas abult. ^o de por dentro tiene.

abellón resales. ^o bucle exento. ^o mejor domo. ^o amigas abult. ^o de por dentro tiene.

abellón resales. ^o bucle exento. ^o mejor domo. ^o amigas abult. ^o de por dentro tiene.

abellón resales. ^o bucle exento. ^o mejor domo. ^o amigas abult. ^o de por dentro tiene.

abellón resales. ^o bucle exento. ^o mejor domo. ^o amigas abult. ^o de por dentro tiene.

abellón resales. ^o bucle exento. ^o mejor domo. ^o amigas abult. ^o de por dentro tiene.

Dr. Administratörsposten i Sveriges postverk...
ges hos en desordnus qualitatis sit homogene,

Dei et hanc omnes —
Plurimi mori vix habentis quaevis remenda; Diversi adhuc omnes ad
dys, dicas, sicut sedes in terris non esse hominum, ac deinceps inde, s. hominibus, dicitur, ad

LOGICA

PARUÆ IN VIA SCOTI

Prima, & Secunda pars.

IN PRIMA TEXTVS

PROPONITUR; IN SECUNDA

verò idem textus in disputationis

statera appenditur.

PER FF. FR. IOANNEM A TRI-
nitate Salmantinū Ordinis minorū, Theo-
logia Sacra Lectorē, Provincia D. Pauli ve-
teris Castella, Definitorē, & S. Gabrie-
lis Provincia Commissariū Visitatorem,
Capitulique presidem. Et Fr. Ioannem
à Nativitate (alias Villa-Castin) eiusdem

Provincia Sacra Theologia Lectorem,

Taurenſis, & Zamorensis

Sr Diego & Guardianum. *Vall.*

TOMUS PRIOR.

PERMISSU, ET LICENTIA

Superiorum, ut constat ex tertio tomo.

In civitate Segoviensi excudebat.

Sebastianus Rodriguez. Anno

anno Domini 1712. 1773

Carta de la Hermandad de la Virgen
de la Encarnación de la Villa de Madrid
año de 1873

Estimados señores Hermanos
y Fr. Hermanos de N. S. de la Encar-
nación. Dignos hermanos Villamanianos.

Quando sea dia mio el
dia en que nos veamos con vosotros
enuestros Reynos.

Mudante. Artista en Gravat
de Campanas. Miguel

*FRA GRANTISSIMO PURITATIS
lilio. pulcherrima instar Solisparadisi rose, oli-
va pacis speciosa in campis, divini Phœbi ru-
tilanti aurora, venustissime Iri, mundo serenita-
tem afferenti, augustissima Angelorum
Regina, Sanctissima Virgini
Mariæ.*

Cum ars intellectus nostri directiva (Cœ-
li, & terrenæ sacratissima Imperatrix) com-
pendiose tradita, hoc brevi volumine con-
tineatur, ad quem, nisi ad te fontem lucis,
omnem hominem illuminantis confugiet? Ad
quem, nisi ad te aureum Solem, cuncta lustran-
tem properabit? Cuius patrocinium, nisi tuum
ambiet, ò Maria, stella maris, quæ semper in
luce, numquam in tenebris fuisti? Ad te
confugit, ad te properat, tuum avidissime
ambiens patrocinium; nam ut profunde Ber-
nardus: *Tolle corpus hoc solare, quod illuminat D. Berni-*
mundum, ubi dies? Tolle Mariam banc maris Serm. de
stellam, quid nisi caligo involvens, & umbra Natriu-
moris? *Mariæ.*

Deinde cum differendi artem, ut, acris pugna,
mortis incalescat acies, studio veritatis inda-
gandæ, tradat Oposculum istud, cui est conse-
crandum nisi tibi (Empyrei Regina Serenissi-
ma) quæ cum sis pulchra, ut Luna, ut Sol
electa, es etiam, quasi Divina Pallas, suppre-



mi Iovis cerebro , seu inexhausto Divinæ Sapientiæ fonte procreata , velex ore altissimi prodiens , terribilis , vt castrorum acies ordinata ? Cum scientia armata procedat ; nam Pallas armata sapie , molles , ac effeminatos animos dedita , iuxta tritum versum , Non iacet in molli veneranda scientia letto ; quod , & Salomon attestatur dicens : *Vir sapiens fortis Proverb. est , & vir doctus robustus , & validus* ; cui nisi

24. Minervæ Cœlesti , sapientiæ sedi , sacrari debet hoc opus arma ministrans literario certamini ? Quod si sapientia puritatem queritur unde Minerva sacra non nisi à virginibus conspicienda dicitur , approbante Magno Parente

August. Augustino , quandoquidem ait : *Affuecat iuvenis castitatem , ut sit dignus sapientia Dei*

Serm. hic noster qualiscumque labor tuo sacratissimo nomini , virginum primiceria , inscribatur

249. de Temp. opportet , cum sis virginem , castitatis origo , puritatis thesaurus , Divina Diana , seu Luna plena Deo , que niveum das vise decorem , atque argenteum circumquaque candorem spargis , solo intuitu mentem verè castam , ac virgineam inspirans hominibus , vt tradit his verbis San-

Sanct. etus Valentinus Archiepiscopus Thomas de

Tiern. Villanova : *Santa , pura , & immaculata*

Villan. *Virgo , cui enim prealij erat hoc virginitatis*

Conc. 2. signe , ut inspellat suos (se ita dixerint) *vires*

dimittit .

wirgines faceret. Excipe illum sub umbra protectionis tux, pientissima Mater, que, ut Fortunatus aiebat, es

Virgineo cetu, dux, sexu prima secundo,

Pralata astrigeris sola puella choris:

Figmentum figuli super omnia vasa decorum, Venant;

Atque creature fulgida massa novæ: Fortun.

Ornans Hierusalē sancta speciosa venustas, de partu

A facie templi vas ēn honore Dei: Virginis.

Ore diem iaculans, radios a fronte, sagittas

Luminibus rutilis, lumen honore rotans:

Nomen honoratū, benedicta Maria per ovum,

Ad laudem artificis nobilis artis opus.

Cum denique dialectica, Doctorum Aqui-
lx testimonio, sit *Ars artium, & scientia
sciendi arum, tibi congruē dicabitur, o ianua
corusca cœli, instar pretiosissimæ topazij, qua,
testante Hug. Victor. omnium lapidum colores
in se obtinet, cunctarum virtutum splendorc,
mirâ singularitate lucens, in te siquidem mi-
rifice eluent, & ad vivum conspiciuntur ex-
pressa candor lilij, purpura rosæ, violæ su-
bitas, puritas nardi obediētia heliotropij, ut ait
Ambros. his verbis: *Talis fuit Maria, ut eius
vnus vita omnium disciplina sit. In te insuper
emicant venustas auroræ, pulchritudo Lunæ, au-
rea Solis claritas, lux stellarum, firmamentum
splendor. Quare opportune cecinit relatus va-
tes, tua encomia celebrans:**

lib. 3.
de Best. c. 58.

lib. 2.
de Virg.

*ubisuprà Inde rubore rosas, candore hinc lilia vincens,
Flos novus è terra, quem polus arce locat:
Crystallum, electrum, aurum, ostrum, concha
alba, smaragdus,
Quo tua forma nitet, cuncta metalla iacent.
Nix premitur candore tuo, Sol erinis honore.
Pallecent radij, Virgo, decore tui:
Lychnites hebes est, cedit tibi lucifer ardens,
Omnibus officijs lampade maior ades.*

*In cap. Topazius, teste Ambrosio, veluti gemma-
2. Apoc. rum Sol, iubar suum clarissimum circunquaque
difundit. Cum instar pretiosissimæ eluceas
topazij, tuæ inextinguibilis lucis fulgentissi-
mis radijs nos illustra. Cumque terris placidum
sydus sis, quod liberat omnes humanas
rates à furore huius sæculi périculosisimi pe-
lagi, commune bonum, atque nostri generis
gloria, cui ad Cœlos facta es fors, via, porta,
& rota, arca Dei assurgens, luminis alta Pha-
ros, qua duce vela damus, portus habitura se-
cundos, nos dirige, atque benigna suscipe
fronte hoc quale, quale affectus mei sig-
num, quod humilime, & fidenter Maiestati
tuæ dico, offero, consecroque.*

Fr. Ioannes à Trinitate.

AD

AD LECTOREM.

Ecce tibi (benigne, & candide Lector) integer Phylosophiæ Cursus, quæcumque in eo hisce temporibus tractari solent complectens; iuxta Aristotelis, Doctorisque Subtilis mentem, apprime verò ad nostros fatim erudiendos Tyrones in scotica doctrina adaptatus. Multa (haud infirma quidem) ne nobis, & lucubrationibus nostris statim arrideas, forte præpedire valebunt, si præceps sententiam feras. Siste ergo, & parumper ausculta.

Ut quid hoc nostrum opus (primo dices) in lucem editur cum quotidie, in similibus edendis, præla gemant? Secundo: Nam si hac intenditur via ne amplius nostri artium Lectores, eorumque discipuli fatigentur; illi in dictando; isti verò in iugiter scribendo; videtur potius virosque per huius cursus metas de ambulare coactos citius fore lassescituros. Lectores quidem; nam suos cuivis parturire conceptus facilis est, quam alienos: apriusque propriæ docentur conclusiones, & explicantur sententiæ, quam in alterius codicibus repertæ. Discipulos quoque; nam qui hucusque sufficienter instruebatur notitijs unico, & (moderato quidem) tomo compræhensis, nunc ad hos quinque tomos discuciendos, erunt violenter adstricti.

Dixisti, candide Lector? Dixisti? Nunc

igitur tuas præbe libenter aures. Et in primis
animadverte, quod nos ab his omnibus, & qui-
buscumque alijs, si forte sint, vnico evadimus
verbo, nempe, iussi fuimus. Propter obedien-
tiam, huic vacavimus laboris; & vt pote subdi-
ti, taciti nostra applicuimus humera ad hocce
pondus. Præterquam quod; si sanæ mentis
acie has nostras lucubrationes perspexeris, tui
ipsius enuclando rationes, in nostrorum præ-
cepto Prelatorum maximam utilitatem, hene-
statemque reperies.

Primam quidem; nam eo ipso quod multi,
tam ex Thomistis, quam ex Iesuitis sua hisce
temporibus typis mandaverint opera, nostram
scoticam doctrinam noviter impugnando, opus
erat cum illis publice in arenam descendere.
En igitur nos, inter minores, minimi, in huc
nostro Cursu modernos Froylan, Palanco Pey-
nado, & alios passint impugnantes; eorum i-
cula contra ipsosmet iacentes; Scotique do-
ctrinam subtilissimam ab eorum regis illabefa-
ctam proponendo. Secund. etiam cum enim nos
municipali lege (& iusta quidem, ob rationes,
quas Illustrissimi D.D. Samaniego, & Cornejo
in suis narrant hystorijs tractantes de Scotti vi-
ta) ad sequendam docendamque Subr. Doctoris
Iohnis Duns Scoti doctrinam simus libenter
adstricti; necessum fuit solida tantæ doctrinæ,

Sixaque manere principia apud nostrates; quod, absque illa proorsus variatione, per hunc nostrum Cursum docentes, & addiscentes, fore nedobites, consequuturos. Itaque libera interpretandi Scotum ablata facultate; alias sic, & alias sic, neutiquam nostri Artium Lectores deinceps ibunt in adinventionibus suis; quod ipsis iucundum, & perutile fore experientia reperient comprobatum. Ideoque sensum amissim, & litteram Doct. Subtilis hic adamassim ostendimus. Nec inde discipulos futuros, credas, exosos: si enim pluribus studeant, nihilo scriptio[n]is dabunt operam. Sed ultra hoc, prudentia, discretioque Lectorum, nebis, & illis arridens faciliter queat tollere quidquid hic noster Cursus, erga Tyrones molestiae praeserat. Videant igitur, attenteque considerent, quibus magis, ex eorum discipulis, quibusve minus sit accumen ingenij; & hos, ut pote infirmiores, ne totum latarum pondus cogant portare questio[n]em; sed principalioribus instructos notitijs ab obstrusarum laqueis difficultatum liberos faciant abire; illos vero totum.

Sic enim facientes, nos ipsos salves facient ab aliquorum mortibus, qui thura brevitat[i] offerrentes, hunc nostrum Cursum alterentes prolixum, eorum immolatione (vitam simulatio[n]e) indignum fore putabunt. Quibus digito labella

bella compescere haud erit exosum, si discrete considerent, quod & Tyronibus communes præbere noticias, & peritis noviter à nobis inventa, probata ostendere, & Modernos, tam ex contrarijs, ut diximus, quam ex nostris, Mast-Pont. & alios hucusque impugnatos, impugnare, ut sæpè facimus, & integrum hunc adimpere Cursum, adeoque nihilominus consulere brevitatē, ut unicum, vel duos tantum tomulos edidissimus, nostræ sphæram capacitas, ingenio lique prætervolat. Sed, ut quid ultra, candidè Lector, pro tua captanda progediemur voluntate? Sufficiat nos cum Ovidio præcantes audire. *Da placidam fesis Lector amice manum.*

Sed iam ad alia gradum facere licet. Inquires fortè, cur antea hoc opus typis non fuerit mandatum, cum multis ab hinc annis inceptum, consumatum, limatum, obtentis necessarijs licentijs, & à perductis viris approbatum fuisse noveris. Animadverte igitur duplicem è contra valide militasse rationem. Prima fuit, quia nostra eximia pauperies caruistum pribus, & necessarijs pecunij. Secunda. (Proh. dolor!) fuit, quia alter Auctorum Fr. Ioannes de la Natividad (alijs Villa-Castin) apud quem hic cursus perfectus politusque manebat, morte naturali, & ipse decæsset è vita, & cursus hic philo-

Iesophicus ab omnium nostrum oculis dispa-
ruit; & quid de eo fuerit penitus nescivimus.
Ideoque omnium , pro tanta iactura, lamenta-
tione motus alter Auctorum Fr. Ioannes de la
Trinidad , qui provide originalia sibi scripta
servaverat, ad aliam translationem adamussim
faciendam se diligenter tradidit. Fecit fælici-
ter , non paucis difficultatibus superatis. Sed
post excusionem tomij , ordine tertij , excusione
verò primi opus, quod penitus evanuerat, apa-
ruit ; & vnum cum alio omni studiositate com-
probatum , nec in iota , nec in apice differunt.
Solumque in disputatis , ne inventæ , minus
haberent , addita sunt dubia , disputationes , &
questiones , que in indice hoc signo ☐ notan-
tur. His exceptis ecce iam ipsum Cursus toti-
dem verbis prodit. Prodeat utinam om-
nium profectui; nullius æmulationi; Dei Q.M.
eiusque Matris Mariæ gloriæ; S.P.N.Francisci,
eiusque filij Sancti Antonij Paduani laudi ; qui-
bus Sancteque Romanæ Ecclesiæ iudicio nos , &
scripta nostra libenter submitimus. Vale.

SVMA DE LA TASSA.

TAffaron los señores del Consejo Real de
Castilla este Libro intitulado: *Primera, y
Segunda parte de Sumulas*, cada pliego de él
se i

seis maravedis sin principios, ni tablas, à cuyo
precio mandaron se vendiese, y no à mas, segun
parece del Decreto de dichos señores, que que-
da en el Oficio de D. Juan del Barco y Oliva,
Secretario de Camara de su Magestad.

FEE DE ERRATAS.

Pag. 4.lin. 3. inellegas. intelligas. Pag. 6.lin.
vltim. ibet, liber. Pag. 8.lin. 6. sit, fit. Pag. 9.
lin. 6. rerum, resume. ita vt dicas, audi attente
resume fideliter. Pag. 22. lin. 2. fibilum, sibilum.
Pag. 78. lin. penult. nomeralia, numeralia. P. 95.
lin. 9. tu, vt. P. 145. lin. 25. compositivum, com-
positum. Pag. 151. lin. 14. sumbra, suprà. P. 165.
lin. 6. sellium, gellum. Pag. 183. lin. 13. i, in.
Pag. 185. lin. 6. infer, infert. Pag. 196. lin. vltim.
sint, sint. Pag. 205. lin. 1. conclusio, conclusio. &
lin. 17. propositionum, propositionum. Pag. 222.
lin. 12. deniur, dentur. Pag. 228. lin. 8. reducirur,
reduciur. Pag. 229. lin. 8. cocesserat, concesserat.
Pag. 233. lin. 14. singularem, singularem. P. 267.
lin. 1. tolle ergo, ita vt solum dicas, cum enim di-
co palium Petri. Pag. 276. lin. 23. fit, sit. P. 296.
lin. 18. propositionis, proportionis. Pag. 328. lin.
21. hæc, he. Pag. 340. lin. 22. ita leges: Arg. pri-
mo: Nomen non est vox. P. 347. lin 23. certum,
cereum. P. 359. lin. 3. ratione, ratione. P. 373.
lin. 19. eadem, eadem. P. 392. lin. 4. ille, illæ. lin. 5.
copue.

copularive, copularive. P. 406. lin. 4. possibili,
possibili. P. 430. lin. penult. essentialior, essentialia-
liter. P. 438. lin. 9. partant, portant. P. 440. lin. 22
post, ly propria, adde, & ita ut dicas, est opositio
propria, & rigorosa. P. 442. lin. 1. habet, habent.
& lin. 18. post hanc hic homo non est albus, ad-
denda est ista, hic homo est albus, ita ut dicas, hic
homo non est albus, hic homo est albus, que sunt
contradicторia. P. 448. lin. 34. post ly ex, addde
se, ita ut legas, ex si habet. P. 450. lin. 22. aliud,
aliud. P. 453. lin. penult. importa, importat. Pag.
470. lin. 7. tolle aut. rationali, rationalis. & ita
dices: irrationalē est negativum, aut privativum
respectu rationalis. & lin. 8. privatives, privative
P. 471. lin. 14. tuntum, tantum. P. 488. lin. 3. ad
quam, ad quem. P. 491. lin. 2. intellectus, in-
tellectus. P. 492. aptehensic, apprehensio. Pag. 501;
lin. 10. suppositio, supposito.

He visto este Libro intitulado: *Primera, y Segunda parte de Sumulas*, y con estas erratas corresponde à su original.

Lic. D. Benito del Rio y Cordido,
Corrector general por su Magestad.

IN-

INDEX CAPITVM, DISPUTATIO-
nvm, questionum, dubiorum Prima, & Se-
cunda partis.

LIBER I.

C aput primū, de Termīno in communi	13.
Digressio brevis de signo, & illius divisionibus.	20.
Caput. II. De prima termini divisione.	26.
Cap. III. De divisione termini in mentalem, vocalēm, & scriptum.	29.
Cap. IV. Dividitur terminus vocalis ratione significationis.	32.
Cap. V. Dividitur terminus ratione modi significandi.	37.
Cap. VI. Dividitur terminus ratione rei significatæ.	41.
Cap. VII. De distinctione terminorum ex comparatione adinvicem.	46.
Cap. VIII. Explicatio quorūdam terminorum in disputatione frequenter occurrentiū.	48.
Cap. IX. De suppositione prima terminorum proprietate, de que eius divisione.	66.
Cap. X. De appellatione terminorum.	76.
Cap. XI. De reliquis terminorum proprietatis.	80.
	LI.

LIBER II.

Cap. I. De nomine.	90.
Cap. II. De verbo.	94.
Cap. III. Quid, & quotuplex sit oratio.	97.
Dub. Quali nexus debeant vniuersi partes orationis.	98.
Cap. IV. Quid sit propositio?	102.
Cap. V. Dividitur propositio ratione materie, & quantitatis.	109.
Cap. VI. Dividitur propositio ratione formæ, & qualitatæ.	109.
Cap. VII. De propositione hypothetica.	112.
Cap. VIII. De oppositione propositionis cathegoricæ non modalis.	121.
Cap. IX. De legibus prædictarum oppositionum.	129.
Cap. X. De æquipollentia propositionum non modalium.	133.
Cap. XI. De conversione propositionum non modalium.	138.
Cap. XII. De modalibus,	141.
Cap. XIII. De oppositione, æquipollentia, & conversione modalium.	148.
Dubium quomodo. Propositio modalis reducenda sit ad suam de inesse.	155.
Cap. XIV. De exponibilibus	157.
Cap. XV. De insolubilibus.	162.
	LI-

LIBER III.

Cap.I. De modo sciendi.	166.
Cap.II. De definitione.	169.
Cap.III. De divisione.	178.
Cap.IV. De argumentatione.	185.
Cap.V. De regulis bonæ argumentationis, seu consequentiæ.	190.
Cap.VI. De inductione.	196.
Cap.VII. De syllogismo.	199.
Cap. VIII. Apponentur exempla modorum in qualibet figura.	203.
Dub. An autē admitenda sit quarta figura?	209.
Cap. IX. De principijs extrinsecis, quibus syllogismi regulantur.	211.
Cap. X. De regulis generalibus omnium figuratum.	219.
Cap.XI. De reductione syllogismorum imperfectorum ad perfectos.	224.
Cap. vltm. De divisionibus syllogismi.	232.

PARS II.

Disp.I. De termino.	236.
Questio I. Utrum nostra definitio termini sit bona?	236.
Quæst. II. An terminas enuntiationis debent	

beat definiri per compositionem, vel per resolutionem?	246d
Quæst. III. Utrum copula sit terminus?	251d
¶ Dub. An copula sit vnio in propositione negativa?	262d
¶ Quæst. IV. An casus obliqui sint termini?	264d
Quæst. V. An voces non significatiue sint termini?	268d
Quæst. VI. An voces extra propositionem sine actu termini?	272d
Quæst. VII. De divisionibus termini.	281d
Quæst. VIII. Utrum iste terminus, Deus sit terminus communis?	282d

Disp. II.

De signo:	295d
¶ Quæst. I. Utrum definitio signi sit bona.	295d
Quæst. II. De ratione formalis signi.	302d
¶ Quæst. III. Quenam sit differentia essentialis constitutiva signi.	314d
¶ Quæst. IV. An causa sit propriè signum sui effectus?	323d
Quæst. V. An voces significant immediatè	



Disp. III.

De nomine, & verbo.

338.

Quæst. I. An nomen sit rectè definitum?

338.

Quæst. II. An nomen infinitum sit propriè nomen?

344.

Dub. An transcendentia possint infinitari?

349.

Quæst. III. An verbum extra propositionem habeat rationem verbis?

351.



Disp. IV.

De oratione.

358.

Quæst. vnic. An oratio sit rectè definita?

358.



Disp. V.

De propositione.

363.

Quæst. I. An propositio ab Aristotele sit rectè definita?

363.

Quæst. II. An una propositio possit esse verior altera?

369.

Quæst. III. An una propositio possit transire de vera in falsam?

382.

Quest.

- Quæst. IV. An propositiones de futuro contingentib; absoluто habeant determinatam veritatem, vel falsitatem? 402.
- Quæst. V. Utrum divisio propositionis in catherogoricam, & hypotheticam sit essentialis, & generis in species? 410.
- Quæst. VI. An divisio propositionis in affirmativam, & negativam sit generis in species? 422.

Disp. VI.

- De oppositione. 430.
- Quæst. I. Utrum dari possint duæ contradictioni simul vere? 430.
- Quæst. II. An subcontrariæ sint propriæ oppositæ? 439.

Disp. VII.

- De definitione, & divisione. 442.
- Quæst. I. An definitio definitionis sit bona? 442.
- Quæst. II. An definitio sit oratio formalis. 451.
- Quæst. III. An definitio ad primam intellectus operationem pertineat. 455.
- Quæst.

- ↗ Quest. IV. An sola species possit defini-
 niri. 459.
 Dub. An negationes, & privationes possint
 definiri. 461.
 Quest. V. Quomodo definitio, & definitum
 distinguantur? 461.
 ↗ Quest. VI. An divisio possit tradi per
 membra privativa, aut contradictoriè op-
 posita? 468.

Disp. vltim.

- De argumentatione. 471.
 ✽ Quest. I. In quo argumentatio formaliter
 consistat? 471.
 Quest. II. Quomodo assensus præmissarum
 concurrat ad assensum conclusionis. 487.
 Quest. vltim. An assensus præmissarum neces-
 sitet intellectum ad assensum conclusio-
 nis. 499.

PRÆ



PRÆLUDIUM.

NE significatio vocis ignorata, incipiens offendat in limiae, ad notare placuit, tractatum istum, quem præ manibus habemus; plura fortiri nomina. Frequentiora sunt hæc: *Logica parva*, *Institutiones Dialectica*, *Summa*, de quibus hic agendum breviter.

Logica derivatur à verbo græco *Logos*, quod significat rationem, & sermonem, licet proprius rationem, quam sermonem significet, ut norat Subt. Doct. quæst. 1. Prædicament, & consequenter melius logica dicitur scientia rationalis quam sermocinalis, quia sermo frequentius sumitur pro externo, seu vocibus, de quibus Logica per se non agit; si autem pro interno sermone accipiatur et quō iure, & rationalis, & sermocinalis dici potest. Rationalis verò nuncupatur, non subiectivè, seu quia sit in ratione, vel intellectu ut in subiecto; id enim alijs scientijs commune est; sed termina-

tive, scilicet, quia agit de actibus intellectus; seu rationis, eos regulando dirigendo, ipsorumque ordinem, & structuram contemplando. Itaque Logica definitur sic: *Facultas prescribens intellectui modum indagandi veritatem.* Logica ergo anthonomasticè sumpta est Logica magna, & appellatur sic, quia res ad hunc finem conducentes accuratius ministrat; è contra vero tractatus hic *Logica* dicitur *parva*, solum enim more compendij quædam præcepta suggestit utilia ad melius intelligendum ea, de quaib[us] in Logica magna sermo est.

3. Institutiones nihil aliud sunt, quam præcepta quædam ad aliquam facultatem viam parantia, que apud Grecos *Išagoge* vocantur; vnde Iustinianus institutiones appellat libellum illum, qui ad recondita Iuris-prudentiae intelligenda disponit; imò Quintilianus opus illud, quo futurum oratorem instituit, eodem inscribit nomine; consequenterque liberiste, seu potius libellus *Institutionum Logicalium*, nomine insignitur; quia principia, & prima elementa Logicæ tradit, ne postea in quæstionibus gravioribus pertractandis terminorum ignorantia, vel obscuret ipsas, vel incipientis mentem retardet.

4. Dialectica nomen est à verbo græco *Dialogo*ne ducent originem, quod ex Cicer.

lib. 3. de Nat. Deorum , idem est ac probabili disputatio. Itaque in rigore huius significatio- nis , Dialectica disputationi potest: *Ars proba- biliter disputandi*. Cæterum Dialecticorum usus iam invaluit, ut significet quodlibet dispu- tandi genus. Unde ab August. lib. 1. de Prin- cipijs Dialec. definiuntur: *Scientia bene dispu- tandi*; indeque defumpta est communis definitio , scilicet: Facultas disserendi, cuius finis est, verum à falso discernere.

5 Summulae appellantur , quia cum magna Logica disputeret derebus sane difficultimis, oportuit pro Tyronibus ante ipsam Logicam præmiuere summam quandam collectiam ex varijs locis Arist. continentem quidquid ad idem reæ disputandi pertinet; & hæc est causa , quare *Summulae* dicantur , id est summa parva ; seu brevis , concludens omnia , quæ in Logica magna traduntur , & de quibus agit Aristoteles in suo Organo: Unde decerpunt pio summa textus totius Logicæ , & introducione ad ipsam quæstionibus contextam.

6 Si autem inquiras , quis sit finis harum summularum ? Respondeamus , quod finis pro- ximus est , mentem disponere , & aptare ad in- teligenda difficultia , quæ in Logica magna per tractantur; finis autem remotus est idem cum finie ipsius Logicæ magna , & est operationes,

intellectus ditigere, ne errent in attingentia
veritatis.

7 Ut autem intellegas radicitus divisionem, tum Logicæ magnæ, tum etiam harum Summularum, præ oculis habe, tres esse nostri intellectus operationes; prima dicitur *simplex apprehensio*, & est cognitio rei, nihil de illa affirmans, vel negans, ut videri est in hac voce homo, qua audita hominem apprehendimus, nihil, affirmando, vel negando de illo. Secunda appellatur *indictum*, & est cognitio rei aliquid de illa affirmans, vel negans, ut patet in hac propositione; *homo est animal*, ubi de homine affirmatur, quod animal sit. Tertia vocatur *ratiocinatio*, seu *discursus*, & est cognitio qua ex uno aliud inferitur. Ut constat hoc exemplo: *Petrus currit*: ergo *movetur*, ubi ex cursu motus infertur. Totum ergo Logicæ munus est dirigere has tres operationes, vi intellectus bene apprehendat, sine errore iudicet, & discurrat in omni materia; ideoque Aristoteles, & post ipsum omnes triplicem agnoscunt partem in Logica triplici operationi correspondentem.

8 Pars ergo prima dialecticæ primæ operationi correspondens vocatur ab Aristotele *Categorias*, & latine *Prædicamentum*, in qua Phylosophus assignat classes, ad quas reducuntur omnia entia realia simplicia, seu in-

com-

complexa, quæ sunt materia remota syllogismi, & ipsa ordinat in una quaque classe, in ratione subiecti, & predicati. Cui primæ parti reducitur quidam libellus à Porphirio inventus, agens de genere, specie, differentia, Proprio, & accidenti, quia ad intelligentiam categoriarum valde conducit. Secunda pars dialecticæ secundæ operationi deserviens vocatur *Perhermenias*, seu *de interpretatione*, in qua disseritur de enuntiatione, seu propositione, quæ est materia proxima syllogismi.

Tertia tandem pars tertię operationi respondens dicitur *Analyticorum*, in qua fit sermo de syllogismo. Et hanc dividit Aristoteles in quatuor partes; primam appellat *de priori Analysis*, seu *de priori resolutione*, in qua disserit de syllogismo in communi, & quantum ad formam. Secundam vocat *de posteriori Analysis*, seu *resolutione*, & in ea tractat de syllogismo demonstrativo, id est de illo, qui fit in materia necessaria, quæ est pars scientifica in qualibet facultate. Tertiam nominat *Topicos*, eo quod in illa disputat de syllogismo tentativo, seu de illo, qui fit in materia probabili. Denique in quarta, quam appellat *Elenchos* per tractat syllogismos sophysticos, quos vulgo falligraphos vocant.

Ecce ideam Logice, cuius materia, quis
A 3 latissim

Latissima est, & in ea multum temporis, & olei teritur; ideo post Petram Hispanum omnes dialectici de his omnibus breviter agunt in quodam tractatu, qui insignitur nominibus iam explicatis; ubi relictis in posterum gravioribus questionibus, ea solum tradunt, que necessaria sunt tyronibus ad bene loquendum, & disputandum, donec postea in magna Logica hæc omnia spacioius, & commodius fiant. Si-
cut pictor, v. g. prius delineat, & umbram deducit, deinde perfectum colorem addit, ac pro inde imago illa semi picta deservit repræsentationi quo usque additis coloribus, perfectè huic muneri inserviat. Itaque dividere fas est Sumulas ipsas eo modo, quo Logicam in tres Libros. In primo agemus de termini natura, & proprietatibus; in secundo de propositionis natura, & speciebus, & in tertio de Syllogismo.

Verum quia in ipsis Summulis passim occurruunt dubia examine digna, & iavenuum insueta ratio facile qualibet difficultate impli-
catur; ideo adhuc Summulas ipsas in duas par-
tes dividemus. In prima textum ipsum per-
modum doctrinæ, & simplicis narrationis abs-
que argumentorum strepiti propinabimus; in
secunda vero circa complura, vel serè omnia
questiones, & dubia resoluemus. Prius tamen
methodum disputandi libet apponere. Dis-

Disputandi methodus:

11 Exigua intellectus nostri facultas non omnia scibilia evidenter cognoscit, quo sit, ut plura in qualibet materia omnes ut firma admissant, plurima verò quidam reijciant, quidam propugnant, tueanturque, quia ad vtrumque probabilis appetit via; indeque orta est scholarum divisio. Modus tamen aptior inquiringendæ veritatis est disputatio assidua, vel defendendo propriam, vel impugnando aliorum sententiam. Ideoque in Summularum limine modum disputandi proponere fas est.

12 Disputare ergo est duorum munus, alterius defendantis sententiam, & alterius impugnantis. Et præcepta vtriusque servare necesse erit pro ut ferat occasio. Si munus feras arguentis, meditare primo intra te vim tuæ rationis, quam habe bene digestam; & si vales, prævide solutionem contrarij, ut sic non repente obmutescas cum dispendio boni nominis. | Duplici itaque modo arguendi poteris contrarium impetrare, scilicet sylogismo, & enthymemate, quid autem sit vtrumque dicimus infrà lib. 3. cap. 2. Sedentibus ergo cunctis, gravi modestia surge, & nudo capite, passumque deguisio, omnium cape veniam, pri-

mo Prælati, inde Præsidis Cathedræ, postea Magistrorum, & Doctorum, si intersint, sub inde circumstantium, & ultimo sustentatis. Supponamus ergo, quæstionem esse: *An Logica sit scientia?* Qua à sustentante explicata, & proposita, ut sit communiter, incipe sic argue: *Contra tuam conclusionem duplii de more insurgo modio;* primum est: *Logica non convenit definitio scientie:* ergo non est scientia; secundum medium sic: *Logica non agit de obiecto necessario:* ergo non est scientia. Vide quod medium ex his duobus eligis, & conclude: hæc facilima sunt, difficilioribus satisfacies protius ingenij acumine; nunc ergo relicto primo ad secundum, vel relicto secundo ad primum.

13 Expecta paulisper, quovsque argumentum bis à sustentante resumatur: ille vero aliquam ex propositionibus negabit, vel distinguet. Si neget, v.g. maiorem, vel antecedens, dices: *Probo antecedens, vel probo maiorem.* Si distinguit, dices: *Contra sic argumentor;* & nota quod propositio negata debet semper esse consequentia probationis sequentis; & quando distinguit, assume unum ex membris distinctionis, illud scilicet, quo melius responsionem impugnes, quod ferè semper est membrum à sustentante negatum. Ne tamen sis voriferator immodestus, ne eriam ignorans impugna-

pugnator; quia primum est stultitia , & secundum hypocretis, vel timor: propene argumentum clarissimè, serva formam , auge modeste vocem, extensa manu dextera, ita ut grayis, simul que efficax modus cunctis arrideat.

14 Si verò sustentes , audi attente, rerum fidelitèr argumentum bis , & antequam resumas, dic: intendit probare ingeniosus condiscipulus (vel si replicat sapientissimus Doctor, aut Magister) Logicam non esse scientiam , & arguit sic : *Logica non agit de obiecto necessario: ergo non est scientia.* Et secunda vice, qua resumas, negabis propositionem, quæ fuerit contra tuam conclusionem , & concedes illam , quæ conclusioni non repugnet; quando verò aliqua propositio dubia sit , tunc necessum est distinguere his verbis: distinguo maiorem, vel minorē, vel antecedens; nunquam tamen dices: distinguo consequentiam , sed consequens , quia consequentia est illatio ultimæ propositionis ex antecedentibus denotata per notam illationis: ergo, vel igitur , & hæc non est vera , vel falsa, sed bona , vel mala , ideo nunquam distinguitur, sed aut negatur, aut conceditur; v.g. in hoc syllogismo : omnis homo est immortalis : Petrus est homo: ergo Petrus est immortalis. Ecce bona consequentia , & falsum consequens, quia consequentiam esse bonam nihil aliud est,

quam

quam bene inferri exprimitis; consequens tamen esse falsum, consistit in affirmatione rei non sic se habentis, ideoque malè illatum negatur, dubium vero distinguitur.

15. Non statim rationem reddes, cur negas, vel distinguas, nisi ab argente rogatus. Quandoque solet iste in præmissis aliqua supponere ut vera, quæ tamen sunt falsa, vel supponit probatum, quod probari debebat; v. g. *Corpus angelicum est lucidum*, ubi supponitur, Angelum habere corpus; quod probare oportet, & tunc negabis cum modestia suppositum. Si tibi opponat aliquam Scripturæ, Patrum, Scotorum, aut Aristotelis auctoritatem, hæc nunquam negatur, sed dices: Explico auctoritatem, & concedes illam in sensu tibi non contrario, negabis vero insensu, quo tibi adverseretur. Quando aliqua propositio arguentis non est ad rem, dices: omitto antecedens, vel maiorem. Si arguitur à paritate, respondebis negando paritatem. Si argumentum est à sequela, v. g. sequeretur, argueretur, inferretur, negabis sequelam majoris, aut minoris, vel concedes illam. Quando distinguis, si membrum distinctionis, quod est ad rem, adhuc manet anceps, iterum distinguens dicendo: sub distinguo antecedens, maiorem, &c. Tandem serva proloquium, quod apud Dialeticos invaluit: *Sæpe
vega,*

nega, raro distingue, nunquam concede, quod non
ad litteram vt sonat, sed cum grano salis intel-
ligendum est, de quo vide Mastrum hic tract.
3. cap. 12. num. 125. post med. Nunquam ta-
men sive arguens, sive respondens adversarium
speras, aut improperes, omnes æstima, vt ab
omnibus estimeris. Experti sumus, homines
alias doctissimos hac de causa malevisos, &
nobilissimam scientiam denigrare. Hæc
breviter notata, serva, donec assidua
lectio, & studium tempus, & in-
genium te perfectum ar-
guentem effi-
ciant.





LIBER PRIMUS

SVMMVLRVM.

*De veritate simplici prime intellectus
operationi respondenti.*

QUia scopus Summularum est perfecte construere syllogismos, quibus veritas detegitur; syllogismus autem constat materia, cum remota, quales sunt termini, cum proxima, quales sunt propositiones, ideo ut rectum servemus ordinem in hoc primo libro de materia syllogismi remota, seu terminis agendum est.



CAPUT I.

Determino in communi.

1 **T**Erminus summi potest Physicè, Rethoricè, & Logicè. Physicè significat limitem, & extremum physicum, intra quod res clauditur, & cingitur, ut muri civitatis, qui ipsam terminant. Rethoricè idem est ac dictio apud Grammaticos. Logicè significat id, in quod ultimo totum artificium Dialecticum definit, & est simplex elementum, ex quo primo componitur, quia idem est primum principium compositionis, & ultimus terminus resolutionis rei. In hoc sensu agimus de termino in praesenti.

2 Communior sententia Doctorum sic definit terminum cum Philosopho lib. 1. Prior. cap. 1. Terminus est, in quem resolvitur propositione ut prædicatum, & id de quo prædicatur, ipso esse, aut non esse apposito, vel separato. Pro cuius luce, nota primo, in propositione repetiti tria, ex quibus componitur; nempè subiectum copulam, & prædicatum. Subiectum est, id de quo aliquid dicitur, vel prædicatur, & appellatur sic à subiecto, quia quasi iacit sub alio, quod prædicatur de illo. Prædicatum est,

id

id quod dicitur de alio. Unio, seu copula est,
qua coniungit prædicatum cum subiecto. Ut patet in hac propositione. *Petrus est homo*, ubi ly
Petrus est subiectum, quia de illo dicitur *homo*,
homo vero est prædicatum, quia dicitur de Pe-
tro. Denique verbum est se habet ut unio, quæ
coniungit virumque. Omnia hæc in qualibet
propositione reperies, sive expresse, ut in su-
prædicta, quæ ideo de tertio adiacente voca-
tur; sive implicitè, ut in hac: Petrus currit. Ubi
prædicatum in copula implicatur; & hæc dici-
tur de secundo adiacente, quæ explicatur per
hanc: Petrus est currens.

3 Reliquæ autem dictiones (si quæ in pro-
positione reperiuntur) ut casus obliqui, adver-
bia, coniunctiones, &c. se habent respectivè per
modum unius cum subiecto, aut prædicato,
quia sunt eorum modificationes, ut patet in
hac: *Petrus doctè disputat*, ubi ly *doctè* se habet
per modum unius cum prædicato, & idem dic
de alijs similibus. Vices: Subt. Doct. lib. 1. Prio-
rum quæst. 19. loquens de casibus obliquis,
ait, quod quando ponuntur solitarie, ut *homi-
nis est asinus*, aut quando ponuntur cum recto,
ita ut rectum precedant, ut *hominis asinus cur-
rit* solum obliquum est subiectum propositionis:
ergo falso est, casus obliquos non posse
esse subiecta, sed se habere per modum unius

cum subiecto. Resp. Subiectum esse duplex, aliud attributionis, & aliud distributionis. Primum est cui attribuitur, vel de quo dicitur praedicatum. Secundum est, quod in aliquius signi particularis distribuitur, & applicatur cuilibet inferiori, ut si dicas: *cuiuslibet hominis asinus currit.* Ubi ily hominis distribuitur sic: huius hominis asinus currit, & illius hominis asinus currit, &c. Quando ergo Subj. Doct. ait, obliquum posse esse subiectum, loquitur de subiecto distributionis, nec aliud vult, ut consideranti patet; nos vero loquimur de subiecto attributionis, quale nequit esse obliquum, sed se habet per modum unius cum illo.

4. Nota 2. Subiectum, & praedicatum possunt dupliciter, scilicet, obiective, & formale, seu alijs terminis ut quo, & ut quod. Subiectum, & praedicatum ut quod, seu obiectivum est res significata per vocem, conceptum, & scripturam. Subiectum, & praedicatum ut quo, seu formale sunt conceptus, voces, vel scripturae significantes; v. g. in hac propositione: *Petrus est homo:* haec scriptura, voces, & conceptus, quos formo de Petro, & homine, sunt subiecta, & praedicata quo: ipse vero Petrus, & humanitas, quae est in illo à parte rei sunt subiectum, & praedicatura ut quod. Unde in tali propositione non dicitur praedicatum quo de

subiecto quo, aut quod; id enim esset dicere: *Vox Petrus est homo, vel vox homo*, quod falsum est. Dicitur ergo prædicatum quod de subiecto quod, & facit hunc sensum: *Petrus, & homo sunt eadem res.*

5 Nota 3. Quodlibet totum resolvi in ea, ex quibus componitur; sed hæc resolutio potest intelligi duplicitè, primo via compositionis, & tunc resolvi nihil aliud est, quam terminari intrinsecè adhuc stante compositione, quo sensu dixit Peeta: *Desinat in piscoem mulier formosa superne, ubi ly desinat, cui affine est resolvatur non sonat disolvi, sed intrinsecè terminari.* Alio modo potest sumi ly resolutur via destructionis, vel desitionis, & tunc resolvi, est totum abire in ea, quæ manent post eius destructionem, ut quando homo moritur, resolvitur in corpus, & animam, quia manent post mortem hominis. Utroque ergo modo potest intelligi ly resolvi in definitiōne Phyllophilis primo quidem, qui a adhuc in ipsa compositione termini propositionem tanquam extrema claudunt; quo sensu diceret Hispanus: *En quæ se termina, o cierra la proposicion.* Secundo modo etiam propositione in terminos resolviter; nam finita propositione, resolvitur in subiectum, & prædicatum, quæ adhuc post ipsam manent. His notatis,

6 Facilè intelligis diffinitionem Phyllosphi; nam cum dicitur : *In quem resolvitur propositio*, denotat terminos in actuali, compositione propositionem claudere, seu amplecti, & in resolutione ipsius ostendit terminos destruta propositione manere, quod non contingit in copula ut dicimus in secunda parte. Per *ly*
subiectum, & *prædicatum* assignat ea præcisè, in
que tanquam in terminos propositione potest re-
solvi. Ultima verba *Ipsò esse*, &c. indicant pro-
positionem, aliam esse affirmativam, ubi esse
prædicati apponitur subiecto, & aliam negati-
vam, ubi esse *prædicati* à subiecto relegatur.

7 Ex qua diffinitione sic brevius scotistæ,
terminum definiunt. *Terminus* est *extremum*
propositionis categoricæ. Huius definitionis
bonitas patet i. ex Subt. Doct. citato quest.
Prædicament. nam iuxta illum terminus est
idem, ac *simplex* conceptus, seu significat iodi-
vilibile in propositionibus; sed *extremum* pro-
positionis categoricæ est *simplex*, & *indivisi-
 bilis* conceptus, quia nihil *simplicius* termino
in linea logica reperitur: ergo nostra definitio
est de mente Doctoris. Secund. *Conditiones ba-
 ne* diffinitionis sunt tres: Prim. Quod constet
genere, & *differentia*, & haec habet nostra di-
finitio; nam *ly extremum* est *genus*, per quod

convenit terminus logicus cum terminis physi-
cis, & ab illis differt per ly *propositionis*, imo
per ly *categoricæ* differt ab extremis immedi-
atis propositionis hypotheticæ, quæ non sunt
termini, sed prepositiones. Secunda conditio
est quod non conveniat alijs à definito, & hanc
etiam habet, nam soli termino competit, & nul-
li rei physicæ, aut logicali præter ipsum. Tert.
Quod competit omnibus sub definito contem-
nis, & hanc quoque habet, quia esse extre-
mum propositionis categoricæ verificatur de
omnibus terminis vocalibus, mentalibus, &
scriptis: ergo nostra definitio est bona.

8. Probatur 3. Nostra definitio est eadem
cum definitione Phylosophi: ergo est bona,
Probatur antecedens: Secundum Phylosophum
terminus est, in quem resolvitur propositio; sed
prædicatum, & subiectum sunt extrema, in
quæ propositio resolvitur: ergo eadem est no-
stra, & Phylosophi definitio. Respondent ali-
qui Thomistæ, Phylosophum solum definire
terminum syllogisticum, non vero enuntiati-
vum. Sed contrà: Nam Phylosophus vocat
terminum, in quem propositio resolvitur: ergo
definit terminum per respectum enuntiati-
vum propositio solum resolvitur in terminum
enuntiativum. Confirmatur prim. Terminus

ex

ex Philosopho est subiectum, aut praedicatum; sed subiectum, & praedicatum sunt termini enunciativi, quia praedicari, & enuntiari idem sunt: ergo diffinit terminum enunciativum. Secund. Licet repugnaret, syllogismus stante propositione, verificaretur tota definitio Philosophi, nam tunc casus propositione resolvetur in terminos; unum posset praedicari de alio, & darentur propositiones affirmativæ, & negativæ: ergo.

9. Ex dictis colliges 1. Extrema propositionis non debere attendi ex loco, & collocazione materiali; sed ex officio, & sensu propositionis, atque ita in hac propositione: *Petrus homo est*, ly est semper est copula, etiamsi dispositione materiali extremum videatur. Colliges secund. Propositionem ultimo resolvi in terminos; nam licet isti resolvantur ulteriorius in litteras, hec resolutio est elementalis, seu extra lineam logicam, quæ ad rem non pertinet, & ideo in genere logico termini sunt ultimo omnino irresolubilia, seu indivisibilia, ut ait Subt. Doct. vbi nuper.

DIGRESSIO BREVIS

de signo, & illius divisionibus.

Aliquantulum extra sphæram logicam divagari oportet, ut signi naturam explicemus; id enim necessarium est ad intelligendas divisiones termini, quarum plures à significatione oriuntur, consequenterque valde conducit ad hunc finem notitia significationis, seu signi.

I. Communis ferè de finitio signi hæc est: Signum est quod institutum est ad aliquid aliud à se representandum potentia cognoscitiva. Pro cuius intelligentia, & quia plura signa sunt obiecta, nota, quod obiectum est id, quod obiectur potentia, & est triplex, scilicet motivum tantum, & est quod movet potentiam, non tam ad sui, quam ad alterius rei cognitionem; ut imago Christi, quæ intellectum excitat, non tam ad sui, quam ad Christi cognitionem. Aliud terminativum tantum, & est res cognita per notitiam ab alio obiecto productam; ut Christus cognitus per imaginem in quo sicut cogitatio, quam non ipse, sed ipsius excitaverat imago. Aliud est motivum, & terminati-

vum simul, & est quod movet potentiam ad suum ipsius cognitionem; ut paries, quando in se ipso videtur, & cognoscitur. Ex his tribus solum obiectum morivum tantum est signum, quia solum illud representat aliud à se.

xvi. Representare est rem praesentem facere, & contingit tripliciter, obiectivè formaliter, & instrumentaliter. Representare obiectivè, est rem se ipsam obijcere potentiae. Representare formaliter, est reddere obiectum praesens potentiae ipsam informando. Representare instrumentaliter, est media sui cognitione reddere praesens potentiae aliquid à se distinctum. His notatis.

2. Facile intelliges definitionem signi; nam ly ad representandum ponitur loco generis in quo convenit signum cum obiecto se ipsum representante, quod tamen signum non est. Ly institutum denotat, signum debere institui, vel à natura, vel ab hominum impositione, per quod excluduntur plura, que absque institutione representant. Ly aliud à se est differentia, & excludit à ratione signares, que obiectivè representant, se ipsas, & denotat signum, & signatum debere distingui; ubi nota, quod nomine potentiae cognoscitiva non solum sumitur intellectus hominis, sed etiam materialis.

trialis cognitio brutorum , hęc enim signa percipiant, vt equus , & canis , v. g. fibilum hominis vocantis vel iuventis sistere.

3 Unde colliges ad rationem signi , non requiri , quod actualiter repräsentet , sed sufficit aptitudinaliter repräsentare. Itaque vox homo in libro clausa est signum , etiam si actualiter non repräsentet. Colliges etiam , definitionem à Divo Augustino traditam lib. 2. de Doct. Christia. scilicet : *Quod præter speciem , quam ingerit sensibus aliquid aliud facit incognitionem venire , esse bonam respectu signi instrumentalis , quod intendebat santissimus Doctor definire ; nos autem definimus signum in latiori acceptione ; ideoque illa non vitimur ; sed hoc non est iniuria tanti Doct. ut conqueratur Mastr. contra Pont.*

4 Signum ergo potest comparari , vel ad potentiam , cui repräsentat , vel ad signatum , cuius est lignum ; ad virtutemque enim respectum importat , atque ita ex virtute capite dividendum est , & primo per ordinem ad potentiam dividitor in formale , & instrumentale. Formale est quod absque sui prævia cognitione aliud à se repräsentat ; & est duplex , aliud , quod solum reddit potentiam , virtualiter cognoscentem ut species impressa ; aliud quod for-

mali-

maliter reddit potentiam cognoscentem, ut species expræssa, seu cognitio obiecti que est formalis similitudo illius. Signum instrumentale est, quod prius cognitum ducit in alterius cognitionem, ut *imago Cesaris*, que prius cognita ducit non in *Cesaris cognitionem*.

5. Circa quam definitionem nota, quod signum instrumentale, ut repræsentet, debet prius cognosci; non ut cumque sed in quantum signum est, & proportionem habet cum signato, ut *imago Christi*, que ut ducat in cognitionem illius requiritur ut prius cognoscatur, ut habens proportionem cum Christo; qua de causa Subt. Doct. in 2. dist. 3. q. 9. quodlib. 14.
6. Ad ista, signum instrumentale appellat medium cognitum, seu quod quia ut ducat in cognitionem signati, prius petit, ipsum cognosci. Signum verò formale vocat præcise rationem cognoscendi, quia est quo aliud cognoscitur, & non quod cognoscitur. Nota etiam, idem posse respectu diversorum esse signum formale, & instrumentale; nam cognitio, qua ego cognosco lapidem, quo ad me est signum formale, sed respectu Angeli est, signum instrumentale quando per talem cognitionem prius cognitam coquescit ipsum lapidem.

6. Rationi habitudinis ad signatum dividitur

tur signum instrumentale in naturale, ad placitum, & ex consuetudine. Naturale est quod institutum est à natura ad aliud representandum, ut gemitus dolorem; habetque duas proprietates; alteram, quod representet idem apud omnes; alteram quod nequet à sua significacione deponi. Signum ad placitum est, quod ex libera hominum impositione representat, ut ramus ante domum significat vinum vendibile, & hæc vox homo significat hominem. Et etiam habet duas conditiones signo naturali oppositas; unam quod non significet idem apud omnes; ista enim vox sed aliud latine, aliud Hispanè significat; aliam, quod possit à sua significacione deponi.

Signum ex consuetudine, est quod aliquid ex usu quodam, & consuetudine representat. Ut mappæ supra mensam significant prandium, & canis sæpè visus præcedere significant dominum venientem. Sed hoc signum semper reducitur, vel ad naturale, vel ad placitum, ad naturale, quando consuetudo fundatur in natura, sicut in natura canis fundatur consuetudo dominum præcedendi; ad placitum vero quando consuetudo in hominum voluntate fundatur, sicut mappæ posite supra mensam significant ex consuetudine ad placitum comedionem.

7 Circa definitionem signi ad placitum, aliqui notant, quod impositio signi debet esse, authentica, & auctoritate publica facta; quod non recte diciter; quia bene potest aliquid esse signum, & si fiat auctoritate privata, ut quando milites ad cavendas, vel parandas insidias tali, vel tali signo vtuntem; & duo amici characteres insuetos assignant, ut sibi invicem per epistolas colloquuntur. Itaque talis requiritur auctoritas, quale est signum; si enim est publicum auctoritatem publicam petit, si peculiare privatam; sed in rigore utrumque signum est.

8 Deinde signum instrumentale dividitur in artificiale, seu manifestativum tantum, & doctrinale, seu manifestativum, & suppositivum simul. *Manifestativum tantum, seu artificiale* est, quod ita representat rem, ut non possit loco illius in propositione sustitui; ut clangor tubæ significat prælium ineundum, non tamen potest loco prælii in propositione supponi ideoque non est doctrinale, quia non potest adscientias deservire. *Manifestativum, & suppositivum simul* est, quod ita significat rem ut possit loco illius sustitui in propositione, ut voces, quibus utimur loco rerum, cum res non possimus ad scholas adducere. Denique dividitur signum instrumentale in practicum, & speculati-

tivum. *Practicum* est, quod causat id, quod re-presentat, ut sacramenta novae legis, quæ cau-sant gratiam, quam representant. *Speculati-vum* est, quod solum repræsentat, sed non cau-sat rem significatam.

9. Ex dictis colliges 1. quod imago Christi, v.g. est signum instrumentale naturale, quia licet ab artifice fiat, non constituitur in esse signi ab artifice, nisi solum efficienter: formaliter autem constituitur in esse signi à proportione, quam habet cum Christo Domino; alias gemi-tus non esset signum naturale doloris, nam plerumque à creatura libere erumpit. Colliges 2. idem posse esse signum naturale, & ad placitum respectu diversorum; nam crux est signum naturale crucis Christi, & posita in itinere est signum ad placitum improvissæ mortis hominis.

C A P U T II.

De prima termini divisione.

1. **P**RIMA divisio termini est in subi-cibile, & prædicabile. Terminus subi-cibilis est extreum proximè potens subiecti in propositione. Terminus prædicabilis & ex-tremum propositionis proximè potens prædicari

de alio. Hi termini constituuntur in esse talium per primam operationem intellectus comparantem unum extremum ad aliud. V.g. Petrum ad hominem. Itaque hec vox *homo* in triplici statu considerari potest. Primo secundum se, & omnino extra intellectum, & sic non est terminus, quia licet sit subiectibilis, aut praedicabilis, est tamen remotissime, quatenus non habet repugnantiam, ut ab intellectu ad munus subiecti, aut praedicati assumatur. Secundo attendi potest intra primam operationem cum sola comparatione ad propositionem absque expressione alterius extremi, seu compartis, & hoc modo recipit ab intellectu essentiam termini ut sic, licet sub nulla determinata specie, manetque remotè subiectibilis, aut praedicabili's, quia nondum intellectus sigillavit ipsam ad munus subiecti, aut praedicati obvendum. Tertio inspici potest adhuc in ipsa prima operatione cum comparatione ad aliud extremum, seu comparantem, ut apta subiecti, aut praedicari de illa, & tunc constituitur in specie determinata termini, scilicet, subiectibilis, vel praedicabilis proximè iuxta ordinem, quo intellectus comparat vitramque partem.

2 Hec divisio essentialis est, & generis in species, cuius ratio est: quia terminus est pars pro-

propositionis; sed pars, ut pars divisione essentiiali, & generis in species, dividitur in materiale, & formale; subiectibile autem est pars materialis, praedicabile vero est pars formalis: ergo haec divisio est essentialis, & generis in species. Idque velle videntur Auctores dividentes primo terminum in subiectum, & praedicatum; si enim subiectum, & praedicatum aequaliter, & exercitè sumunt, non bene loquuntur; sic enim esset divisio subiecti in accidentia, cum actualiter subiecti, aut praedicari, sit usus, & mere exercitium termini.

3. Dices: si vox in prima sui comparatione ad propositionem constituitur in ratione termini sub nulla determinata specie usque ad secundam comparationem partium inter se; ergo ratio genericæ termini existit in aliquo termino individuo absque ratione specifica, quod nullus admittit, & patet in naturalibus ubi animal, v.g. non potest existere, nisi intra aliquam speciem, vel individuum. Resp. concedendo sequitur in secundis intentionibus logicalibus, de quibus non est eadem ratio, ac de genere metaphysico; hoc enim dimanat ab entitate totius, & terminat actionem physicam, quæ semper est circa singulare; ideoque non potest sola absque singularitate dimanare, aut producere.

ut verò intentiones logicales sunt ab intellectu, qui singularibus non est alligatus; potestque terminari ad rationem genericam pretermissa specifica; & consequenter terminari ad vocem, ipsamque ad propositionem comparare, nihil interim cogitando de sigillatione partium, in qua præcisione existit ratio termini absque speciebus, quia hæc existentia solum intentionalis est, non physica.

C A P U T III.

De divisione termini in mentalem, vocalēm, & scriptum.

I **T**ERMINUS sive subiectibilis, sive predicabilis tripartitur in mentalem, vocalēm, & scriptum. Mentalis est *extremum propositionis mentalis*, id est illius, quæ sola mente sit. Terminus vocalis est *extremum propositionis vocalis*, scilicet, illius, quæ ore profertur. Scriptus est, *extremum propositionis scriptæ*, illius nempè, quæ calamo exaratur. Ubi nota, quod licet propositione mentalis sit simplex qualitas, & non possit habere extrema, seu terminos, prout est actus intellectus, bene tamen habet terminos propositione mentalis obiec-

objectiva, quae est objectum ipsius propositionis formalis, & constituitur in esse talis per propositionem formalem; tanquam per formam extrinsecam.

2. Terminus mentalis dividitur in ultimum, & non ultimum. Ultimus est *cognitio rei significatae per vocem*, & dicitur ultimus, quia intellectus cognitare per vocem quiescit, nec ultra progrederetur. Non ultimus est *cognitio nominis significativi non cognitare*; diciturque non ultimus, quia intellectus ibi non quietatur; sed cupit scire rem per nomen significatam. Ex quo patet, conceptum huius vocis *Blättiri* in illo qui scit non significare esse ultimum, cum ibi quiescat, nec ultra tendere cupiat.

3. Deinde terminus mentalis dividitur indirectum, & reflexum. Directus est *cognitio terminata ad rem distinctam ab actu eiusdem potentiae*, & dicitur directus, quia quasi recto trahit in rem significatam. Terminus reflexus est *cognitio cognitionis eiusdem potentiae*, ut quando cognosco, me cognoscere; dicitur eiusdem potentiae, quia actus terminatus ad actuum potentiae distincte non est reflexus. Unde quando cognosco, me videre, aut quando Angelus cognoscit meam cognitionem; nulla ha-

rum est cognitio reflexa , cum non sit cognitio cognitionis eiusdem potentiae.

4 Tandem terminus mentalis dividitur in intuitivum , & abstractivum , seu in notitiam intuitivam , & abstractivam. Notitia intuitiva est cognitio rei praesentis , & existentis terminata ad ipsam , ut presentem , & existentem. Abstractiva est cognitio res terminata ad rem non ut in se ipsa , sed ut in specie relucet. Iste definitiones sunt magis legitimae , quia sic astrahimus ab opinionibus , quae adhuc inter Scotitas hinc inde versantur circa naturam , necessitatem , vel possibilitatem speciei impressae in ordine ad cognitionem intuitivam , de quo in lib. de Anime. Illud autem notatu dignum est , quod ad notitiam intuitivam non requiritur , quod res in se sit existens , & presens , sed sufficit , quod presens , & existens sit in aliquo eminentiori ; nam cognitio , que habetur de creaturis in Essentia Divina est . intuitiva , ut dicitur in materia de Beatit.

5 Terminus vocalis prima sui divisione secatur insignificativum , & non significativum : Ille est extremum propositionis ad placitum significativum , ut vox homo. Ille est extremum propositionis , nihil ad placitum significans , ut Blatiri , Syndapsus. Ille vero terminus nullas

paritur subdivisiones; cum omnes, que de termino agnoscuntur, significationem supponant. Ideoque ad divisiones termini significativi prægredimur.

CAPUT IV.

Dividitur terminus vocalis ratione significationis.

Terminus ergo significatus dividendus est triplici ex cap. 1. ex parte significationis 2. ex parte modi significandi 3. ex parte rei significatae. Agimus in præsenti capite de prima divisione, acturi in sequentibus de duabus alijs.

1 Ratione igitur significationis dividitur terminus primo in *cathegoreticum*, & *syntheticum*. Terminus *cathegoreticus* (sic dictus à verbo *cathereo* græco, quod latine idem est ac absolute prædico) est *terminus significans aliquid per se*, ut hæc vox homo. Significare aliquid per se est significare id, quod concipitur ut res quædam independenter ab alia, ita ut possit subiici, vel prædicari in propositione. Terminus *syntheticus* (dictus à verbo græco *syncaitheoreo*, quod latine idem

Idem est ac simul cum alio predico) est terminus significans aliqualiter, seu terminus imperfectum generans sensum. Significare aliqualiter est significare aliquid, quod seorsim ab alio nequit concipi, sed concipitur, ut modificatio alterius; nequit enim in propositione habere rationem subiecti, aut praedicati. Talia sunt omnia adverbia, ut *velociter diligenter*, & signa universalitatis, & particularitatis, ut *omnis*, *quidam*, *nullus*. Unde in his, & similibus propositionibus: *Carentia omnis rei est nullum*; *Deus, & creatura sunt omnia*; debet sub intellegi, *nullum ens, omnis entia*; ideoque fe folia non sunt predicata.

z Nota hic cum Pontio, terminos syncategorematicos solunt esse tales, quando in propositione exercite significative accipiuntur, seu supponunt formaliter pro re, quam significant in propositione habente sensum, ut in ista: *Equus currit velociter*. Si vero materialiter sumatur, seu pro se ipsis, ut in his: *Velociter est adverbium: omnis est nomen adiectivum* sunt termini cathegoretici. Nota etiam, quod haec vox *velocitas* est terminus cathegoreticus, haec autem vox *velociter* est syncatetegoreticus, quia licet significant idem, nempe motum velocem, tamen diverso modo id significant;

cant; *velocitas* enim significat *talem motum per modum rei*, *velociter* vero per modum modi, & differentia in modo significandi sufficit ad distinguendos terminos.

3 Dices: *Licet casus rectus, & obliquus significant diverso modo, tamen, quia significant eandem rem, uterque est terminus cathegorematicus:* ergo idem dicendum est *de velocitate, & velociter.* Respondetur negando antecedens; nam *casus obliquus differt à recto;* *tum in ratione nominis, seu notaminis, quia nomen est, quo res nominamus, & solo nominativo nominamus tum in ratione termini, quia cum solus nominativus directe, & absolute rem significet, solus ipse potest per se in propositione esse extremum, & consequenter casus obliqui termini syncathegorematici sunt, quia se solis nequeunt esse extrema.* Unde Froyl. immemor sui non recte concedit, obliquos esse terminos cathegorematicos, cum ipse ad rationem talis termini dicat requiri, quod per se solum possit esse subiectum, aut praedicatum, quod inobliquis non contingit.

4 Datur etiam terminus mixtus ex cathegorematico, & syncathegorematico, ut *nihil nemo*, qui valent idem ac *nulla res nullus homo*, atque ita duabus æquivalent, scilicet, cathego-

rematico, & syncathegorematico. Benè verum est, quod nomina adiectiva, ut *albus iustus*, &c. sunt purè termini cathegorematici, quia se solis possunt esse perfectè prædicarum, ut patet in his: *homo est albus*; *Petrus est iustus*, quia talia adiectiva significant rem aliquam, nempe formam. Et miramur, Mastrius hæc adiectiva inter terminos mixtos computare, cum ipse fateatur, posse se solis prædicari; quod ad rationem terminis cathegorematici sufficit.

5 Item terminus cathegorematicus, dividitur in simplicem, seu incomplexum, & compositum, seu complexum. Terminus incomplexus est cuius rei, ut significata incomplexus correspondet in anima conceptus, ut *homo lapis*, &c. Terminus complexus est, cuius rei ut significata complexus in anima correspondet conceptus. Per has definitiones excluduntur à ratione termini complexi voces synnonomæ, ut *Marcus*, *Tullius*, Cicero: *ensis gladius*, quia his auditis intellectus unicum de re significata conceptum efformat. Reffeluntur etiam plures definientes predictos terminos per hoc, quod eorum partes separatae sint significativa in termino complexo, vel non significativa in termino incomplexo; nam ut benè notant Mastrius, Quirós, Bayona, & Froylanus, complexio vocis, vel eius

incomplexio impertinens est ad complexio-
nem, vel incomplexionem termini, si enim lit-
tera A(inquiunt)imponeretur ad significandum
hominem currentem, vel Petrum album, esset
terminus complexus, quamvis non habeat par-
tes. Tunc ergo intellectus conceptum comple-
xum efformat, quando interius dissolvit signifi-
cata vocis, audiens enim hanc vocem *curro*, men-
te quasi partitur ipsam induas, scilicet, *ego cur-
ro*. Ne tamen putes conceptum mentis dici
complexum, quia in sua entitate sit composi-
tus, sic enim indivisibilis est, sed complexio
sumitur in repræsentando, quando nempè ob-
iectum non per modum unius, sed ut duæ res,
aut formalitates, vel virtualitates repræsenta-
tur æquivalenter, ac si essent duo conceptus.

6 Quia tamen frequentius terminas com-
plexus duplici constat voce, sciendum est, ta-
les voces solum complexionem efficere, quan-
do inter se aliqualiter connectuntur; sive per
concordantiam grammaticalem substantivi, &
adiectivi, ut *homo iustus*, sive per coniunctionem
&, ut *Petrus, & Paulus*, sive per determinationem
recti, & obliqui, ut *pallium Petri*; ideoque istæ
voces, *Leo*, *Lapis*, *Lignum*, &c. non consti-
tuunt unum complexum, sed plura incomple-
xa, quia inter se disparatè se habent, & nulla
coherētia respiciuntur.

TAN-

7 Tandem terminus cathegorematicus dividitur in infinitum, & finitum. Finitus est, qui rem determinatam significat, ut *homo*, *leo*, &c. Infinitus est, qui nihil determinatè significat, idest nihil determinat, sed tantum denotat, quid res non sit, ut *non lapis*, qui significat omnia alia præter lapidem, indeterminate tamen non explicando, quid sit illud à lapide distinctum. Ubi nota, quod *ly* non potest sumi neganter, & infinitanter; neganter sumitur, quando afficit copulam; & sic solet dici malignantis naturæ, quia removet prædicatum à subiecto, licet prædicati, & subiecti significationem non destruat. Infinitanter sumitur, quando applicatur subiecto, aut prædicato, & facit illud significare quidquid non est termini significatum.

C A P U T V.

Dividitur terminus ratione modi significandi.

1 **P**rimo ratione modi significandi dividitur terminus cathegorematicus in *concretum*, & *abstractum*. Concretus est, qui significat formam, ut in habente ipsam. Potest autem forma haberi ab aliquo, ut à subiecto, quando nempè *accidentalis* est, qua ratio-

ne *album*, est habens albedinem. Potest etiam habere formā ab aliquo, ut à supposito, vel à subsistente, aut singulari; qualiter *homo* significat habentem humanitatem, & Deus habentem Deitatem; licet enim Deus in rigore non sit habens, quia Deitas est idem cum ipso, tamen ex modo significandi denotatur per modum habentis. Terminus abstractus est, qui significat formam, ut ab omni alio separata, ut albedo, humanitas, Deitas, &c. ad quod non requiritur, quod formę re ipsa separatae sint, aut separari possint, sed quod ex modo significandi, ac si essent separatae, intelligantur.

2 Rursus ex hoc capite dissecatur terminus in absolutum, & connotativum. Terminus absolutus (non loquimur de absoluto, ut opponitur relativo) est qui ultra proprium, & principale significatum nihil extraneum requirit ad habendum conceptum quietativum eius, ut *homo, leo, lapis, &c.* Terminus connotatus est, qui ultra proprium, & principale significatum, aliud requirit ad habendum conceptum quietativum eius. Sic *Cœna convenerat tempus vespertinum, accidens substantiam, ut subiectum, materia formam in ratiene compartis;* nam hæc omnia sunt extra conceptum formalem, & quidditatium talium rerum, requiruntur tam-

men ad habendum conceptum perfectum, & quietativum ipsarum; ut ait Subt. Doct. in 4. dist. 12. quaest. 1. §. *Et per istud. v. Quid ergo aliud.* Hec definitio videtur magis legitimam; nam apud Summulistas, illud dicitur connotatum alicuius nominis, quod non ex vi ipsius nominis primario, & directe importatur per modum per se partis, generis, vel differentiae, sed secundario, indirecte, & veluti additum ab extrinseco ad habendum quietativum, & perfectum conceptum rei.

3 Dices cum Pontic: iuxta hanc definitiōnem vix possumus assignare terminum absolutum; nam si quis assignaretur; maximē *homo*; sed hic non potest intelligi perfecte absque eo, quod intelligatur discursus, aut aliqua alia operatio propria ipsius: ergo. Respondetur Pontium & quīvocationem pati; nam terminus *homo* sufficienter absque connotato significat rem, quantum attinet ad vim significationis, quia illam in actu secundo exercet absque dependentia ab alio termino saltem conceptu definitis; si autem aliud requirit, scilicet animal rationale, vel discursum, hoc est, ad habendum conceptum definitionis, qui egreditur limites huius vocis; at verò cæna non exercet significatiōnem propriam absque cointelligentia alicuius

Extrinseci, & hoc est de ratione termini connotativi.

4 Ex quo sequitur differre terminum abstractum, & absolutum; nomen enim *creatio*, est abstractum, & tamen non est absolutum, sed connotativum. Ut docet Subt. Doct. quodlibet. 12. art. 2. §. *De secundo articulo*. Sequitur etiam non esse idem terminum concretum, & connotativum, nec terminum abstractum, & absolutum; habent enim, se invicem disparates, nam terminus *homo* est concretus, & non connotatus; & terminus *conservatio* est connotatus, & non concretus. Itaque connotatio non attenditur penes abstractionem, vel concretionem, sed penes indigentiam alicuius rei ad habendum conceptum quietativum de re significata per nomen.

5 Præterea ex hoc capite dividitur terminus in substantivum, & adiectivum; substantivus est, qui significat rem per modum per se stans, ut *homo*; idque licet in re non subsistat per se, sed alteri inhæret, ut *albedo* quæ ex modo significandi concipitur, ac si nullatenus inhæseret. Terminus adiectivus est, qui significat rem per modum alteri adiacentis, sive in re inhæreat alteri, sive non, si pro ut nomine significatur, importatur per modum adhærentis sic

sic *humanum* quamvis significet substantiam; scilicet *humanam* naturam, & Deificatus divinam, sunt tamen termini adiectivi, quia significant illas per modum adjacentis; ex quo vides, non esse idem abstractum, & substantivum, nam *homo*, *Deus*, &c. sunt substantiva, non vero abstracta; nec adiectivum, & concretum, quia *equus*, *homo*, *leo*, &c. sunt concreta, & non sunt adiectiva.

CAPUT VI:

Dividitur terminus ratione rei significatae.

¶ **P**RIMA divisio ex hoc capite est in terminum communem, & singularem. Communis est, qui significat plura divisa, ut *homo* qui convenit omnibus, & singulis hominibus. Per illam particulam divisa excluditur à ratione termini communis terminus collectivus, ut *populus*, *gens*, *Matritum*, quia licet significant plura, non tamen de singulis possunt affirmari; nam Petrus, v.g. non est *populus*, *gens*, aut *Matritum*. Terminus singularis est, qui unam tantum rem singularem significat, vel plura per modum unius; significare unum; unum est, de uno tantum posse af-

affirmari; unde *civitas* est terminus singularis, quia quamvis, plures significet cives, de illis seorsim nequit verificari. Bene verum est quod aliunde potest esse terminus communis, si ad hanc, vel ad illam civitatem comparetur; nam de qualibet seorsim potest dici.

2 Terminus singularis dividitur in determinatum, collectivum, demonstrativum, ex suppositione, & vagum. Determinatus est, qui per proprium nomen rem determinatam significat, ut *Alexander*. Collectivus, seu copulativus est, qui in singulari numero significat plura copulatim; id est, significat plura, ita ut possit verificari de illis, non seorsim, sed simul sumptis, seu collectivè, & ut coniunctis per particulam ē. V. g. non potest dici, quod hic homo est *civitas*; potest tamen dici, quod hic, & ille, &c. sint *civitas*. Demonstrativus est qui cum sit ex se communis ratione signi particularis demonstrantis, unum significat, ut hic homo. Terminus ex suppositione est, qui plura potens significare, ratione tamen alicuius suppositionis unum tantum significat, ve *Filius Virginis*, significat Christum Dominum, supposito per fidem, nullam feminam genuisse filium absque lessione virginitatis, nisi unicam purissimam Dei Matrem. Terminus vagus est, qui unam rem, sed in-

indeterminatam significat, ut quidam homo. Verum est Froylanem reducere terminum vagum ad communem, quod licet verum sit ex parte modi significandi, non vero ex parte rei significatae: in quo sensu de illo hic agimus.

3. Terminus communis dividitur in transcendentem, & supra transcendentem. Terminus supra transcendentis est, qui significat tam id, quod est, quam id quod non est, id est, qui significat ratione communem omnibus entibus sive existentibus, sive repugnantibus, & communiter finitur in bilo, ut *imaginabile*, *intelligibile*, *excitabile*, &c. Terminus trascendens est, qui significat rationem communem omni enti existenti, & possibili; idem enim est transcendentis, ac super omnia ascendens, & intromissus ad omnia, denotaturque per dictiones incipientes his litteris R. E. V. B. A. V. id est res, ens, verum, bonum, aliquid, unum.

4. Deinde terminus communis subdividitur in *univocum*, & *equivocum*. Sed antequam utrumque definiamus, nota breviter, quod nomina dicuntur univoca, & equivoca *activè*, id est univocata univocantia, & equivoca *æquivocantia*: res vero his nominibus significatae dici solent *passim* univoca univocata, & equivoca *æquivocata*; in presenti agimus de ipsius

ipsis nominibus, non de rebus. *Terminus ergo univocus est qui convenit pluribus secundum idem nomen, & rationem per tale nomen importatam.* Ut *homo*, qui convenit *Petro*, & *Paulo*, &c. non solum secundum idem nomen, sed quia uterque est animal rationale, que est ratio per tale nomen importata. *Terminus equivocus est, qui convenit pluribus secundum nomen, sed non secundum rationem per illud importatam, sed secundum diversas.* Ut *canis* dicitur de cane latrabilis, de pisco marino, & sydere coelesti; sed huic communi nomini eadem ratio in omnibus non correspondet, quia licet canis terrestris, & marinus convenient in ratione animalis, non tamen in ratione aliqua significata per nomen *canis*. *Iste definitiones desumuntur ex Phylosopho, qui capite 1. de Ante prædic. definivit univoca passim sumpta sic: Quorum nomen est commune, & secundum nomen eadens substantia ratio; & equivoca vero passim accepta ita: Quorum nomen est commune, ratio vero substantiae nomini accommodata est diversa.*

5. *Terminus æquivocus aliis est à casu, & aliis à consilio.* *Equivocus à casu est, qui casu quodam, & fortuito significat plura diversa in ratione per tale nomen importata;* & hæc sunt propriæ equivoca. *Equivocus à consilio est,*
quæ

qui significat plura in ratione significata, non omnino, sed aliqualiter tantum similia; & haec propriè dicuntur analogia, ut *Nero*, qui significat hominem crudelēm propter similitudinem illius cum Nerone in crudelitate; & *sanum* significat animal, *vrinam*, & medicinam, propter habitudinem, quam *vrina* per modum signi, & medicina per modum causæ, dicunt ad sanitatem animalis.

Pro analogis ergo duas observa regulas.
 Prim. Analogum per se sumptum stat pro famo-
 siori significato. Ut si dicas *homo* nihil addendo
 stat pro vive, non pro picto. Secund. In ana-
 logis talia sunt subiecta, qualia permittuntur à
 suis predicatis. Unde in hac propositione: *Ho-*
mo est pictus, ly *pictus* non permittit subiectum
homo sumi pro verò homine; si autem dicas:
Homo est rationalis, ly *rationalis* permitit, ho-
mīnem pro verò sumi.

7 Postremo, terminus subdividitur in ter-
 minū primā, & secundā intentionis. Ter-
 minus primā intentionis est, qui significat ali-
 quid secundum id, quod habet à parte rei, vt la-
 pis. Terminus secundā intentionis est, qui sig-
 nificant aliquid, secundum id, quod habet ab ali-
 quo attributo rationis, vt genus, species.

CAPUT VII.

*De divisione terminorum ex comparatione
ad invicem.*

1 **H**ac tenus de terminis seorsim, nūc verò de illis inter se comparatis agendum est. Termini ergo, si ad invicem conferantur, vel sunt *impertinentes*, vel *pertinentes*. Termini *impertinentes* sunt illi, qui nec se mutuo inferunt, nec se mutuo excludunt, ut *sapiens, albus, iustus, fortis*. Unde nulla consequentia vnius ad aliud affirmativa, aut negativa valet; non affirmativa, quia non est verum: *Petrus est sapiens: ergo est albus*; non negativa, quia non valet: *homo non est albus: ergo non est sapiens*; potest enim, vel vitrumque, vel neutrum habere.

2 Termini *pertinentes*, alijs sunt *pertinentes sequela*, alijs verò *pertinentes repugnancia*. *Pertinentes sequela* sunt illi, qui se mutuo interunt ut *homo, & rationalis*; valet enim est *humo: ergo rationalis est*. Illi autem sunt in duplii differencia, alijs sunt *convertibiles* quise mutuo inferunt tam affirmativè, quam negativè, ut *homo, & risibilis*; valet enim: *Est risibilis: ergo est homo: non est homo: ergo non est*.

est risibilis. Alij sunt *inconvertibiles*, qui licet se inferunt affirmativè, non tamen se inferant negativè; aut è converso. Quod totum oritur ex eò, quod termini comparati sint inter se magis, & minus *vniversales*: vnde terminus *vniversalior* infert negativè minus *vniversalem*. V. g. *non est animal*: ergo *non est homo*; non verò affirmativè. Terminus minus *vniversalis* infert affirmativè *vniversalem*. V. g. *est homo*: ergo *est animal*: non verò negativè.

3 Denique termini *pertinentes repugnantia* alijs sunt *propriè oppositi*, alijs sunt *disparati*. Disparati sunt, qui non habent maiorem *incompossibilitatem inter se*, quam cum alio tertio, vt *homo*, & *lapis*; *homo* enim non magis pugnat cum lapide, quam cum ligno. Termini propriè oppositi sunt, qui magis pugnant inter se, quam cum alio tertio, vt *frigidum*, & *calidum*, qui magis pugnant inter se, quam cum tertio, v. g. *dulci*. Et isti sunt in quadruplici differentia; alijs sunt *contrarij*, qui significant formas positivas, quæ ab eodem subiecto se mutuo excludunt, vt *albedo*, & *nigredo*. Alij sunt relativè oppositi, vt *servus*, & *aemulus*. Alij opponuntur *privativè*, quando, scilicet, unus significat formam, & alter carentiam illius in subiecto apto, nato ad habendam illam,

Iam, ut *vifus*, & *cecitas*. Alij verò *opportunita-*
tur contradictione, quando nempè *vnuſ signifi-*
ca: formam, & alter negationem eius, ut *lapis*,
& *non lapis*. Quę quadruplex oppositio assig-
natur ab Arist. in pōst præd. cap. de opp.

CAPUT VIII.

Explicatio quorundam terminorum in dispu-
tatione frequentier occurrentium.

SOlent propositiones sēpissimè æquivoca-
tionem pati, ad ipsasque enodandas, di-
stinctiōne opus est; quare hic apponere placuit
frequentiores terminos quibus propositionis
æquivocatio tollitur.

Primo solet fieri distinctiō his termi-
nis, cognitōne *quoad an est*, & cognitione
quoad quid est. Cognitiō *quoad an est*, cōtingit,
quando præcisè cognoscimus aliquid in rerum
natura existere. Cognitiō *quoad quid est* even-
nit, quando cognoscimus definitivē rem ipsam,
v. g. scit rusticus Petrum esse hominem, nescit
tamen, in quo esse hominis consilat; hæc est
cognitiō *quoad an est*; scit autem doctus præ-
dicata constitutiva hominis esse animal rati-
nale; hæc est cognitiō *quoad quid est*.

Secundo, *actualiter*, & *apertitudinaliter*.
Tunc aliquid est *actualiter* tale, quando habet
ali-

quam perfectionem, seu formam, ad quam dicit inclinationem. Tunc vero dicitur *aptitudinaliter tale*, quando est sive forma, seu per se actione, ad quam de se inclinatur. V.g. homo sive sciens est *aptitudinaliter* sciens, quia de se ad scientiam inclinatur, & naturaliter scire desiderat, ut ait Phylosophus; homo vero sciens est *actualiter* talis, quia actu habet formam, ad quam inclinationem naturalem habet. Unde aptitudo differt a potentia; nam potentia est ordo ad actum, qui potest esse sine inclinatione, ut patet in gravi, dum est sursum, ut ait Doct. quæst. 18. vniuers. v. Sic similiter differt etiam ab exigentia propriè dicta; nam hæc non solum est inclinatio in formam sibi convenientem, & consentaneam, sed ulterius petit, ut subiectum sine tali forma sit in actu violento. Vide Mast. tom. 1. Theolog. disp. 6. quæst. 2. num. 66. Ex quo intelliges, hos terminos; actu, & potentia, actualiter, & exigitive.

3. Tertio *actualiter*, & *potestative*. Iste termini pertinent ad duplex totum, quod potest considerari. Aliud est totum potentiale, & est quedam ratio generica, seu superior continens sub se inferiora, ad quæ per differentias potest contrahi, ut animal respectu hominis, & equi, qui dicuntur partes subiectivæ animalis. Te-

eum actuale est , quod componitur ex partibus ipsum constituentibus , vt *homo* ex corpore , & anima . Itaq; illud est *poteſtatiue ſale* , quod ſubſe continet inferiora : illud verò actualiter tale , quod partibus actu conſtat ; & per hoc intelliguntur iſti termini , partialiter , totaliter , adequare , inadæquate , complete & incompletè ; nam partialiter , inadæquate & incompletè dicuntur de illo , quod non dicit totam rem , ſed partem totius rei ; totaliter autem adequare , & completere dicit totam rem , & non præcise partem eius .

4 *Simpliciter* , & *ſecundum quid* . Per pri-
mum denotatur , p̄diciatum convenire ſubie-
cto ſine aliqua limitatione , vt *homo albus* . Per
ſecundum explicatur p̄diciatum convenire ſubie-
cto cum aliqua limitatione . Ut *athrops eſt
albus secundum dentes* .

5 *Absolute* , & *reſpectiue* , ſen *comparati-
ve* . Eſſe *absolute* tale , eſt habere p̄diciatum
absque ordine , & connotatione ad aliud , vt ho-
mo habens albedinem dicitur *absolute albus* .
Eſſe verò *reſpectiue* tale eſt habere p̄diciatum
ſolum ex comparatione ad aliud , vt homo fu-
cus respectu nigri dicitur *albus* , respectu albi
dicitur *niger* .

6 *Positivè* , & *negativè* . Id dicitur *positivè*
tale , quod habet formam positivam , ratione cu-
jus

ius denominatur tale, ut homo habens gratiam dicitur *positivè iustus*. Illud dicitur tale *negativè*, quod licet non habeat formam positivam, non tamen habet formam oppositam; ut homo in puris naturalibus esset *negativè iustus*, quia non habet peccatum.

7 *Simpliciter, & ex suppositione*. Aliquid vocatur tale *ex suppositione*, quando ex aliqua hypothesi, seu conditione habet denominationem, quam sine illa non habebat. V.g. Deus dicitur, necessariò produxisse mundum, ex suppositione decreti de illo producendo. Quando verò denominatur tale absque aliqua condizione, seu hypothesi dicitur sic *simpliciter*, ut Pater, & Filius necessariò simpliciter spirant Spiritum Sanctum necessitate opposita libertati coniungentia.

8 *Prædicamentaliter, & prædicabiliter*. Convenit aliquid, ut accidentis prædicamentale, alicui, quando in se est accidens contrapositum substantię, ut albedo respectu hominis. Ut accidens vero prædictabile, quando non convenit subiecto essentialiter, sed est extra essentialiam eius, sive sit aliquid reale, sive rationis, sive inherens, sive subsisteret, ut vestis respectu hominis, & homo respectu animalis, quia inferius semper accedit superiori prædicabilitate.

Mast. tom. I. Theolog. dist. 2. quest. 2. art.
3. num. 89.

9. *Præcisivè, & divisivè.* Quia subiectum præcedit natura passionem, potest intelligi non denominatum ab illa *præcisivè*, quod continet quando concipiatur rationalitas, v. g. non concepta risibilitate, & tunc dicitur *præcisivè* non risibilis. Quando autem subiectum distinguuntur realiter à forma (quia hæc ei accidentalis est) potest dici non talis *divisivè*, v. g. corvus distinguitur realiter à nigredine, esto ab illis sit inseparabilis, & potest intelligi nedum *præcisivè* non intellecta nigredine, sed sine ipsa *divisivè*, immò sub opposito illius, nempè sub albedine, & tunc verum est, quod essentialiter est non albus *divisivè*. Benè verum est, quod isti termini solent applicari subiecto, vel causæ respectu effectus, & formæ realiter distinctæ, vel in prioritate nature, vel in actuali separatiōne, v. g. quia sol natura præcedit effectum lucendi, in illo priori dicitur *præcisivè* non lucens; diceretur autem *divisivè* non lucens, si aliquo instanti temporis esset sine lumine. Applica distinctionem iuxta diversitatem materiarum.

10. *Univocum predicatum, & univocè predicari.* Illud dicitur; *univocum predicatum*, quod unicum dicit conceptum obiectivum mul-

multis communem, præscindendo ab hoc, quod de illis prædicetur essentialiter, vel accidentaliter; sic album dictum de nive, & lacte est univocum prædicarum. Univoce vero prædicari addit, quod in inferioribus includatur essentialiter, & prædicetur de illis quidditativè, seu inquit, ut animal respectu hominis, & equi.

11. *Signatè, & exercitè.* Tunc prædicatum convenit exercitè subiecto; quando à parte rei verè est in illo; ut si dicas: *homo est rationalis.* Rationalitas exercitè convenit homini, quia realiter in ipso est. *Signatè* verò convenit prædicatum subiecto quando in illo, ut in signo representatur prædicatum, quod verè, & exercitè est in re, ut si videoas leonem pictum, dices, illunz esse ferocē, non quia exercitè conveniat illi vera ferocitas, sed quia nobis representat leonis vivi ferocitatem. Hæc distinctio etiam applicatur & Subt. Doct. significationi vocis, & exercitio significacionis eiusdem. V.g. cum dicitur: *Propositio enunciatur unum de alio.* Sumitur propositio *signatè;* si vero dicas: *homo est rationalis,* tunc accipitur propositio *exercitè.*

12. *Arithmeticè, & Geometricè.* Hos terminos tangit Phyllophilus 5. Et hic cap. 7. & noster Doctor sàpè, sed precipue in 4. dist. 49. qualit. 11. §. Respondeo dicitur, num. 5. ad

distinguendam duplēcēm proportionēm Geometricā, & Arithmeticā. Proportio Arithmetica, quæ solet dici æ qualitatis ad pondus est, cum reperitur tanta perfectio in uno, quanta est in alio, simpliciter, & absolutè loquendo, ut est inter essentiam Petri, & Pauli, & inter duos numeros æquales. Proportio Geometrica est, quando excedens superat excessum in aliquo certo gradu, & finito, ita quod excessū aliquando replicatum cōquat excedens. V. g. numerus denarius excedit binarium geometricē, quia binarius quinques replicatus denarium facit. Nulla harum proportionērum reperitur inter Deum, & creataram, benē tamē proportionē alterius generis, puta fastificati ad sustentificans, creabilis ad creatorē, intellectivū ad intelligibile. Alter Māst. tom. 5. metaphysic. disp. 8. quest. 7. art. 2. num. 243. explicat proportionēm geometricā. Videatur ibi, & tom. 3. theolog. disp. 3. quest. 8. art. 2. num. 335. videatur etiam Hiqueus in comment. Sceti, ubi suprà Pont. in Phylloph. disp. 27. q. 7. num. 32.

13 Negatio in genere, negatio extra genus. Prima dicitur, quæ sibi determinat subiectum, quod afficiat. Unde cap. de opposit. in Post. praedic. privatio vocatur negatio in subiecto,

ut cæcitas, quæ dici nequit, nisi de animali; per illam enim non negatur aliquid absolute, sed tantum intra metas alicuius generis. *Negatio extragenus est*, quæ non determinat subiectum, quod afficiat, & verificari potest de ente, & non ente, ut non videns, non lapis, quæ de chimera, & planta verificari possunt. Vide Mast. tom. 5. Philosoph. disp. 12. art. 3. numer. 106.

14. *Transitivè, in transitivè.* Per primum significamus, aliquid convenire subiecto non permanenter, & ratione propriæ entitatis, sed transeunter, & ut communicatū ab alio. V.g. lapis projectus habet transitivè virtutem se mouendi, non quia ratione sui, & permanenter istam habeat, sed ratione qualitatis ab impellente derivatę. Per secundum denotatur, aliquid subiecto competere permanenter, & ratione sui, ut calor competet virtus productiva alterius caloris. Qua ratione Cayet. 1. part. quest. 54. art. 3. docet (licet non bene) accidens esse virtutem substantię productivam, non transitivè, idest per virtutem de novo in ipso receptam, sed intransitivè, & per propriam entitatem, quæ permanenter est virtus substantię.

15. *Similans potentie, & potentia similans.*

tatis. Frequentissimè occurruunt iste voces inter disputandum. *Simultas ergo potentiae* est habere simul potentiam ad duos terminos, sive isti sint inter se incompatibles, sive non. Sic homo sedens habet simultatem potentiae ad currendum, quia licet currere, & sedere simul stare non possint, tamen stat simul potentia ad utrumque disiunctim. *Potentia simultatis* est potentia ad aliqua inter se coniungibilia, ut in homine, potentia ad ambulandum, & videndum ubi non solum est simultas potentie, sed etiam potentia ad simultatem. Per hoc intelliguntur isti termini: *In sensu composito*, & *in sensu divisione*, quorum primus denotat utrumque exercitium posse simul ponit, ut ambulatio, & visio. Secundus significat, posse exerceri unum, vel alium diuisim, ut cursum, vel sessionem, sed non utrumque simul.

16 Huic a finis est distinctio illa de *potentia antecedenti*, & *potentia consequenti*. Prima est libertas, & indifferentia voluntatis in signo priori respectu illius extremi, ad quod non se determinavit, sed ad oppositum cum illo incompatibile. *Potentia consequens* est libertas, & indifferentia voluntatis respectu illius extremi, ad quod ipsa se de facto determinavit. V.g. voluntas in actu primo, est indifferens, & potens ad

ad amorem , & odium disiunctim. Si ergo ad amorem determinatur , dicitur potentia consequens respectu amoris , quia amor consequitus est libertatem voluntatis ; at respectu odij dicitur habere potentiam tantum antecedentem , quia hoc extrellum non est consequutum ad indifferentiam voluntatis , & in tali casu dicitur voluntas necessitata ad amorem , necessitate consequenti , non vero necessitate antecedenti , quia determinatio actus secundi nec tollit indeterminationem , seu potentiam actus primi ; nam , ut aiunt Logici , indeterminatione de possibili non tollitur per determinationem de in esse . Ex quo cognosces , quid sit necessitas antecedens , & consequens :

17 Ut quo , & vt quod . Quandoque , vt quo significat causam instrumentalem , vt quod causam principalem ; sic homo pingit , vt quod , penicillus ut quo . Interdum vt quo significat virtutem agendi , vt quod , suppositum actionis . Sic homo est principium quod intellectio , intellectus vero principium quo . Sapè etiam vt quo significat formam , vel quid simile formæ , vt quod subiectum denominatum à forma , vt homo est id , quod est album , albedo est id ; quo est albus . Et hinc intelliges hanc distinctionem pro per se denominato , & pro per se significato ; nam

nam per se denominatum est subiectum formæ, per se significatum est forma afficiens subiectū. V. g. disgregare visum convenit homini albo, ut per se *denominato*, albedini autem, ut per se *significato*.

Cathegoretice, & *syncathegoretice*. Hanc distinctionem assert Subt. Doctor. in 2. dist. 12. q. 7. n. 7. & in 4. dist. 11. q. 1. n. 2. ad explicandum, quomodo generatio sit mutationis totius in totum; ait enim, posse hoc intelligi de toto *cathegoretice* sumpto, quod contingit, quando ex mutatione resultat distinctum compositum, & si in eo remaneat aliqua pars compositi praecedentis, ut quando ex cœdavere sunt vermes, in quibus est materia prima, quæ erat in homine, v. g. *syncathegoretice*, quando, scilicet, est transiit totius in totum, nulla remanente parte termini destructi in toto incipiente esse. Exemplum assert Doctor, ubi supra, num. 3. in transustantiatione eucharistica, in qua nihil panis remanet in corpore Christi. Et hoc modo dicimus, compositum se toto *cathegoretice* sumpto distinguere à partibus unitis, quia sua ipsius tertia entitas est se ipso distincta à suis partibus, non autem dicimus compositum se toto *syncathegoretice* sumptum distinguere à suis partibus quia tunc sensus.

sensus esset, quod totum, & omnes partes distinguenter à partibus. Itaque totum *cathegoreticè* sumptum est totum, secundum id, quod dicit in recto; *synchategoremoicè* verò est totum secundum id quod dicit in recto, & in oblique, scilicet totum, & singulæ partes. Ille quoque voces applicantur infinito *cathegoretico*, & *synchategoretico*; primum est, quod habet, vel potest habere totum suum esse in actu, secundum, quod partim est in actu, & partim in potentia.

19 *Reduplicative, specificative.* Prima particula denotat illam rationem, quam afficit, esse causam, vel saltim conditionem, cui prædicatum conveniat subiecto; ut horo in quantum albus disgregat visum, ignis, ut applicatus comburit. Secunda particula ostendit rationem, quę afficitur tali particule, non esse causam convenientiæ prædicati cum subiecto, & aliunde, quod ratione illius prædicatum subiecto non repugnet. V. g. *albus*, in quantum albus potest esse iustus; cuius sensus est, quod dum habet albedinem possit habere iustitiam, & veraque sit compossibilis in eodem subiecto; licet albedo non sit causa, vel conditio, cur homini iustitia conveniat.

20 *Ex parte rei significata, ex parte modi*

dis significandi. Necessaria hæc est , & communis distinctio in propositionibus præcipue theologicis , quæ possunt esse veræ , vel ex parte rei significatæ , vel ex parte modi significandi . Primo modo est verà propositiō , quando à parte rei prædicatum est idem cum subiecto , esto in modo significandi rigor logicus non servetur , ut patet in hac : *Rationalitas est animalitas* . Secundo modo est verà propositiō quando non solum à parte rei prædicatum est idem cum subiecto , sed ex vi modi significandi , & prædicandi talis identitas appetit . Adverte tamen , solum esse veras in rigore logico , & theologico , propositiones secundi generis ; qua ratione ait Subt. Doct. quodlib. 5. hanc propositionem esse veram identice : *Deitas est bonitas* ; & negat hanc adhuc in sensu identico : *Spiratio activa est paternitas* , quia in prima manet in deitate , licet abstracta infinitas , quæ est ratio explicans identitatem ; in secunda vero , quanvis detur identitas realis , nulla est infinitas , & aliunde abstrahuntur à supposito ; atque ita ex modo significandi identitatem non explicant .

21 *In intentione , in executione* voces istæ locum habent in agentibus propter finem . *Agens in intentione* dicitur , quod aliquem finem

nem

nem intendit. *Agens in executione est*, quod applicat media ad ponendum in re talem finem. Exemplum est: Homo desiderans efficaciter sanitatem, dicitur ipsam intendere; quando verò sumit potionem, aut venam permittit scindere, dicitur apponere media ad ponendum sanitatem in re. Hinc communiter dicitur, quod ordo intentionis est oppositus ordinis exequutionis; sicut quæ sunt priora in intentione, sunt posteriora in exequutione, & è contra. Patet hoc in exemplo allato; nam sanitas intenta est prior scissione venæ, aut sumpzione potionis; in exequutione verò contrarium evenit, quia prius est potionem sumere, quam sanitatem consequi.

22 *Explicitè, implicitè.* Primum significat aliquod prædicatum, vel aliquam rem, secundum suam propriam rationem explicari, & proponi intellectui vi nominis ipsam significantis. V.g. in hac propositione: *Petrus currit explicatur* individuum determinatum, cui convenit cursus. Hac ratione dicitur, credere explicitè aliquod mysterium fidei, quando in se ipso, & expresse terminat actum credendi. Implicitè ostendit aliquam rem includi, & imbibiri in re explicitè significata, licet ex vicinissimista. res directè non appareat. V.g. in hac

hac propositione: *Omnis homines currunt, explicite tantum appareat collectio omnium, sed implicite significatur Petrus, Paulus, & alia individua;* & in hac voce: *Paternitas divina solum explicatur relatio Patris Æterni ad Filium, sed implicatur ratio subsistentiae, Personæ, &c.* & in hoc actu: *Credi mysteria Fidei explicantur mysteria in genere, sed implicite creditur hoc, & aliud, &c.*

23. *De potentia ordinaria, de potentia absoluta.* Dicimus Deum secundum potentiam ordinariam operari, quando agit iuxta leges universales ab ipso statutas, tam in ordine naturæ, quam gratiæ, ut quando vult, quod ignis applicatus comburat, quod nullus homo sine baptismo iustificetur. Operatur vero secundum potentiam absolutam, quando in quibusdam casibus specialibus operatur contra, aut præter leges generales; ut quando substraxit generali concussum igni Babylonico, & si modò iustificaret hominem sine Baptismo, quod posset facere, quia non est alligatus Sacramentis, ut ait Subt. Doct. q. 1. prologi. Et sic dicimus de potentia absoluta, posse facere quidquid non implicat contradictionem. Videatur Malt. tom. 1. Theoilog. disp. 2. art. 5. n. 213. & Illustris. Samanieg. Not. 25. ad 1. part. Myst. Civit. præcipue §. 5.

Ine

24 *Intensivè, & extensivè.* Intensivè pertinet ad perfectionem maiorem, vel minorem. Extensivè, verò definiuntur in ordine ad maiorem; vel minorem dilatationem eiusdem perfectionis, v. g. esse albedinem maiorem *intensivè*, est habere plures gradus albedinis; esse autem maiorem *extensivè* est communicari pluribus partibus subiecti. Itaque si una albedo extenderetur quantitate palmari, esset minor *extensivè* alia albedine extensa ad quantitatem vlnæ; posset tamen esse major *intensivè*, si haberet plures gradus albedinis, quam secunda. Id etiā verificatur in entitate essentiali; quia ratione ab aliquibus solet dici, quod Deus, & creatura simul sunt *extensivè* aliquid maius solo Deo, non verò *intensivè*.

25 *Obiectivè, & subiectivè.* Esse *obiectivè* in alio est esse obiectum alicuius potentie. Esse verò in aliquo *subiectivè* est esse intrinsecè in aliquo, sive per modum formæ accidentalis, sive per modum propriæ entitatatis. Sic quod cognoscitur, & amatur est *obiectivè* in intellectu, & voluntate; actus verò ipsarum potentiarum *subiectivè* sunt in ipsis. Sic quoque Deus dicitur immutabilis *subiectivè*, & mutabilis *obiectivè*, seu terminativè, quia, scilicet, terminus suæ volitionis ad extra mutabilis est.

26 *Essentialiter*, & *accidentaliter*; seu *per se*, & *per accidens*. *Essentialiter*, seu *per se significat*, prædicatum convenire subiecto intrinsecè, & ex sua ratione formalis; ut *ratio-*
nalitas homini. *Per accidens*, seu *accidentaliter* sonat, prædicatum convenire subiecto ab extrinseco, & non ex sua ratione formalis; ut *albedo*, & *cæcitas homini*. Solet autem ly *es-*
sentialiter significare puram quidditatem, ut
antecedit passiones; & tunc prædicata di-
cuntur de subiecto in primo modo dicendi per
se. Huc pertinent isti termini: *quidditative*, seu
ab intrinseco, & *denominative*, seu *ab extrin-*
seco, quorum primum est idem ac *essentialiter*;
secundum verò idem ac *accidentaliter*: quan-
doque tamen sumitur pro eo, quod est extra
quidditatem metaphysicam alicuius formalita-
tis, licet si idem realiter cum illa, qui ratio-
ne differentia solet dici extrinseca generi, quia
genus per illam intrinsecè non constituitur.

27 Denique hæc vox *formaliter* multis
 opponitur. Primo opponitur *materialiter*; &
 tunc *formaliter* denotat, prædicatum conve-
 nire subiecto ratione formæ ut *album disgregat-*
visum. *Materialiter* verò significat, prædicat-
 um verificari ratione materiæ, seu subiecti,
 ut *album disputat*. Secund. Opponitur identi-
 cè

cē, & tunc formaliter est, prædicatum esse dō Metaphysicā, & primaria ratione subiecti, ut omnipotētia est virtus productiva omnis creabilis; identice verò est prædicatum esse idem cum subiecto, sed tamen extra quidditatem Metaphysicam eius, ut omnipotētia Dei est immensa. Tert. Opponitur obiectivē, & sic formaliter est prædicatum convenientis subiecto ex parte actus tendentis in obiectum. Obiectivē autem est prædicatum convenientis ratione obiecti, ut cognitio lapidis, quae formaliter est spiritualis, & materialis obiectivē.

Quarto opponitur virtualiter; & ita aliquid est formaliter tale, cum habet formam constitutivam eius in tali esse; ut ignis est calidos formaliter. Est verò tale virtualiter, quando non habet formam, sed habet virtutem productivam eius; hoc modo Sol dicitur virtualiter calidus. Quint. Opponitur fundamentaliter, quia ratione illud est formaliter tale, quod habet formam præbentem expressè aliquam denominacionem; fundamentaliter verò, cum habet rationem fundamentalem formam denominatorem; sic duo parietes albi ratione albedinis sunt fundamentaliter similes; ratione autem relationis resultantis, sunt similes formaliter. Sexto: Opponitur dispositivē; quo sensu dispositi-

ne significat id, quod subiectum coaptat ad ali-
quam formam recipiendam; formaliter autem
denotat formam ipsam subsequutam ad dispo-
sitionem; sic homo contritus est dispositivè ius-
tus, habens verò gratiam est iustus formaliter.
Vltimo: opponitur vialiter, seu causative, &
hoc modo vialiter denotat fieri ipsius rei; for-
maliter verò est factum esse rei, qua ratione
dicitur compositum in fieri, seu vialiter dicere
tria principia, materiam, formam, & privatio-
nem; at in facto esse tantum habere duo, nempe
materiam, & formam. Alij quam plures termi-
ni hic possent explicari, illos ramen omittimus
brevitatis causa, & quia ad proprias, & specia-
les materias spectant.

C A P U T . I X.

De suppositione, prima terminorum proprietate, de que eius divisione.

Licet proprietates, de quibus agendum est,
solum convenienter termino, ut in exerci-
tio terminandi, tamen hic de illis sermo insti-
tuitur, ne seorsim à subiecto proprietates qua-
lescumque illæ sint, apponantur. Prima, inter-
istas est suppositio; & ideo prius de illa agere
libet.

Suppositio ergo sic communius diffiniatur: *Est positio, seu usus termini in propositione pro aliquo, de quo verificatur. In qua definitio posito, seu usus ponitur loco generis, in quo convenit cum usu, vel positione vocum ad rhetorice loquendum, & extra propositionem ad exercitium partae significationis.* Ubi advertit, & bene Tatar, quod activa positio non est verum genus, sed potius causa suppositionis; nam suppositio causatur mediante acceptione termini. Unde passiva acceptio, seu substitutio est verum genus. Pro quo notandum, in suppositione reperiri tria, scilicet, supponens, id, quod supponitur, & id, cuius loco supponitur; supponens est homo, qui disputat, quod supponitur, est vox, vel terminus, id, cuius loco supponitur, est res, de qua disputatur; ideoque in rigore latine debaret dici, terminum supponi, & non supponere; logicè tamen consilie sapientum dicitur, terminum supponere, imo etiam Hispanè dicimus de illo, qui gerit vices alterius: *Substituye por otro.* Res est parui pondoris, dummodo in substantia non erres.

2. Dicitur in propositione, quia termini extra propositionem non supponent (quidquid dicat Merinetas hic) nam suppositio inventa est ad iacquireniam veritatem, vel falsitatem prouidit.

positionem; talis autem inquisitio non potest fieri, nisi in propositione. Ponitur pro *aliquo*, & non pro *aliō*, quia vox aliquando supponitur pro se ipsa; de quo postea. Additur denique *de quo verificatur*, id est de quo terminus verē affirmatur; & hēc particula habet rationem differentiæ, per quam suppositio differt à significatione, quæ non requirit terminum verificari. Pro quo advertendum est, non esse idem verificari terminum, ac verificari propositionem; nam, ut propositione verificetur, sufficit illam, suo obiecto esse conformem, ad verificationem verē termini, requiritur, rem significatam existere pro tempore per copulam importato, sive sit prædictum, sive præsens, sive futurem; ita ut demonstratio tali re ad sensum, vel intellectum, verē affirmetur terminus de illa. V. g. in hac propositione: *Pontifex erat* ly *Pontifex verificatur* verificatione termini, quia tempore præsenti, quod copula censignet, existit Pontifex, ita ut demonstratio ad sensum, vel intellectum, terminus verē affirmetur de illo, dicendo: *Hoc est Pontifex*, & in hac *Adam peccavit*, verificatur: *hoc fuit Adam*, & in hac: *Anti-Christus morietur*, verificatur dicendo: *hoc erit Anti-Christus*.

3. Ex quo colliges, posse verificari terminum,

minum , quis verificetur propositio , vt in ista: *Anti-Christus salvabitur*; & pariter posse verificari propositionem , quin verificetur terminus , vt patet in hac: *Anti-Christus non est iustus*, quia propositio negativa ad sui veritatem non requirit , quod extrema supponant. Colliges etiam , in termino non esse idem significare , & supponere ; nam terminus extra propositionem significat , & non supponit.

4 Suppositio primo dividitur in *materiale* , & *formalem*. Materialis est *positio termini pro se ipso*, idest pro ipsa materia vocis, vt *Petrus est vox bissyllaba*. Suppositio formalis est *positio termini pro re*, quam significat, vt in hac: *homo est vivens*, vel pro re, quam ex modo significandi connotat , vt in ista: *Album disgregat visum*. Hęc divisio provenit ex eo , quod in voce significativa duo sunt, unum, quod habet rationem materiæ, v.g. litteræ, syllabæ, sonus, &c. aliud, quod habet rationem formæ, scilicet, significatio exercita vocis. Suppositio materialis alia est *intrinseca* , & *extrinseca* alia, prima est *positio vocis pro materia eius intrinseca*, & *essentiali*, vt *homo est vox*. Secunda est *positio vocis pro materia eius extrinseca*, vt *homo est nomen*.

5 Suppositio formalis dividitur in *impropria*

priam, & propriam. Propria est positio termini pro re, quam proprie significat ut leo rugit. Impropria, seu metaphorica est positio termini praeco, quod improprie, & metaphorice significat. Ut in hac: Vicit Leo de tribu Iuda.

6. Suppositio formalis propria dividitur in simplicem, & personalem. Suppositio simplex est positio termini pro suo immediato, & primo significato immobiliter accepto, ut homo est species, Petrus est individuum. Unde regula cognoscendi hanc suppositionem est, quando terminus communis, vel singularis iungitur cum predicato, quod ponit differentiam inter superiorius, & inferius, ut in exemplis allatis, tunc est suppositio simplex, & hinc est Dialecticorum Axioma: quod in termino supponente simpliciter non valet ascensus, vel descensus; non enim valet: homo est species: ergo Petrus est species; nec valet. Petrus est individuum: erga homo est individuum. Suppositio personalis (quod alijs terminis potest dici composita, seu absolute) est positio termini, tam pro mediano, quam pro immediato significato, ut homo est risibilis, Petrus est rationalis. Hoc modo supponit terminus immobiler; valet enim descensus; dicendo: Homo est risibilis: ergo Petrus est risibilis, Petrus est rationalis; ergo homo est rationalis.

Non

- 7 Non latet nos, sapientissimum Mastrum suppositionem personalem distinguere ab absoluta, & composita, sed nos sequuti Tatar, Complut. Merin. & omnes ferè Jesuitas aliter loquimur, & nostro iudicio probabilius; nam vox, v. g. *homo* habet significatum immediatum, & primarium, scilicet, naturam humanam, & mediatum, seu secundarium nempè singularia talis naturæ, & suo modo hæc vox *Petrus* habet significatum primarium, scilicet, rationem propriam individui, & secundarium, nempè, id quod convenit illi ratione naturæ. Vel ergo terminus supponit pro immediato significato, ut species, & individuum, & sic erit suppositio simplex, vel competit utrique, scilicet, immediate vni, & alteri mediata, & sic erit personalis, composita, vel absoluta. Nec possumus intelligere, quod aliquis terminus possit accipi pro significatis mediatis, & non pro immediatis; nam in exemplo allato à Mastrio pro suppositione personali, scilicet, *omnis homo currit*, ly *homo* pro utroque significato accipitur, & potest fieri ascensus, & descensus, ergo idem est suppositio personalis, & absolute.

- 8 Utraque ergo dividitur in communem, & discretam. Suppositio simplex communis est

positio termini communis pro significato convenienti superiori, & non inferiori, ut homo est species. Supp. sitio simplex discreta, seu singularis est positio termini pro significato convenienti inferiori, & non superiori, ut Perus est in avia duum. Pariter suppositio personalis comuneunis est positio termini immediatè pro significato communis, & mediataè pro singulari, ut homo est animal. Personalis discreta est positio termini immediatè pro significato singulari, & mediataè pro communis, ut fortis currit. Videatur Tatar. tract. 7. de supposito.

9. Suppositio personalis dividitur in naturalē, & accidentalem. Naturalis est positio termini pro omnibus, pro quibus natus est accipi, ut in hac: homo est animal, homo supponit naturalitatem, nam quando prædicatum est de intrinseca ratione subjecti, vel illios propria passio non restringitur ad aliquas significata, sed extenditur ad cuncta. Accidentalis est: Positio termini pro his tantum, de quibus verificatur, iuxta exigentiam copula; ut in hac: homo currit, quia quando prædicetur non est de essentia subjecti, restringitur, ut solueri pro homine existente subjectivè accipiatur. Per quod differt hanc suppositio à suppositione ut sic, quæ præscindit ab existentia obiectiva, qualcum habent subjecta

iecta propositionum naturalium, quæ sunt exter-
næ veritatis, & à subiectiva, qualem habent
subiecta propositionum contingentium, quæ
tempore mensurantur, & hęc est suppositio acci-
dentalis, de qua hic.

10. Suppositio personalis subdividitur in
distributivam, collectivam, determinatam, &
confessam. Distributiva est positio termini pro
omnibus suis inferioribus, & singulis cum copula-
tione sumptis, ut in hac propositione: *omnis homo*
est animal, ubi *ly homo* distribuitur per inferio-
ra, & verificatur de singulis, dicendo: *Hic*
homo est animal, & *ille*, &c. Suppositio copu-
lativa, seu collectiva est positio termini pro om-
nibus significatis simul sumptis, & non pro quo-
libet seorsim, ut *omnes Apostoli Dei* sunt duode-
cim, quod de omnibus tantum simul verum
est. Determinata est positio termini pro aliquo,
vel aliquibus inferioribus determinatis, & seor-
sim sumptis, ut *aliquis homo currit*, *aliqui ho-*
mines loquuntur. Ubi non valet in propositione
copulativa inserre: ergo *hic homo currit*, & *ille*,
sed solum in propositione disiunctiva: ergo *hic*
homo, vel ille currit. Nec verum est quod aiunt
plures Thomistæ, quod suppositio determina-
ta est acceptio termini communis nullo signo aut
signo particulari affecti; hoc enim etiam suppo-
sitio-

sitioni confessae competit; ut in his: *calamus* est ad scribendum necessarium, *aliquis oculus* requiritur ad videndum.

Suppositio confusa est positio termini pro aliquo, vel aliquibus inferioribus sub disiunctione, ita tamen ut non supponat determinate pro aliquo. Regula ad cognoscendum hanc suppositionem est, quando terminus nec competit omnibus inferioribus collectivè, aut disiunctivè, nec vlli determinato à parte rei; tunc est suppositio confusa; signa autem, vel adiectiva, quæ communiter illam constituunt, sunt, requiriur, necessarium est, &c. v.g. requiritur *equus* ad equitandum; *necessarius* est *oculus* ad videndum; de nullo enim equo, aut oculo potest verificari in particulari.

Differunt ergo suppositio determinata, & confusa in eo, quod determinata semper competit vni inferiori, exclusis cæteris, nam præsefert actionem exercitam, quæ à determinato principio petit prodire. Unde saltim Deus potest dessinare equum currentem, dicendo: *Hic equus est, qui currit.* At in suppositione confusa talis necesitas quasi vaga manet, & nulli inferiori alligatur; si enim dicas: *Requiritur oculus ad videndum;* nullus (nec ipse Deus) designare poterit, quis ex oculis reaquirat.

quiratur; nec mirum; quia non est assignabilis
in linea talis suppositionis; licet enim dicas:
dexter oculus non requiritur; non ideo sequi-
tur: Ergo requiritur sinister, quia hic non
datur actio determinata, sed condicionata ne-
cessitas, que hinc inde mutatun, & nullo deter-
minato inferiori insidet, quousque omnia in-
feriora praeter unum absint; ideo bene argui-
tur in suppositione determinata sic: *Hic equus*
non currit, nec ille, &c. numeratis omnibus: er-
go nullus.. Male tamen arguitur in suppositione
confusa: *Hic oculus non est necessarius ad vi-*
videndum, nec ille &c. etiam numeratis omnibus:
ergo nullus; quia necessitas non cadit super
num determinatum, quousque cæteri non
sint; si autem unus tantum existeret, vel esset
possibilis, tunc esset suppositio determinata.

Denique suppositio distributiva dividitur
in incompletam, & completam. Completa
(que dicitur pro singulis generum) est positio
termini communis pro omnibus, & singulis indi-
viduis sub illo contentis; ut *omnis homo est vi-*
vens: ex qua sequitur: ergo *hic homo est vivens,*
O ille, &c. Suppositio incompleta (que dici-
tur pro generibus singulorum) est positio ter-
mini communis non pro omnibus, sed pro aliquo,
vel aliquibus individualibus, ut *omne animal fuit in*
arca Noe, id est, cuiuslibet speciei aliquod,
vel

vel aliqua animalia fuerunt in arca Noe, quod non valet dici de singulis. Hic assignari soient à Thomistis aliquæ regulæ, quæ, quia partim eopportunitur principijs à nobis iactis, & quia Tyronibus inintelligibiles sunt, & quod cœperat est, non multum utilitatis praeserunt, illas omittimus.

CAPUT X.*De appellatione terminorum.*

Appellatio logica (quæ est nomen resumptu à verbo appello appellis, quod significat applicare) definiatur sic: *Est applicatio formalis unius termini supra significatum alterius.* Applicatio ponitur loco generis; reliqua particulae loco differentiæ. Terminus, qui applicatur dicitur *appellans* (proximus dicere retur *appellens*) qui semper est adiectivus, vel instar adiectivi se habens; qui quasi applicatur, & adiacet nomini appellato; terminus vero, cui applicatur, dicitur *appellatus*; & semper est substantivus, vel instar substantivi se habens. Terminus *appellans* duo importat, subiectum *nompe*, vel suppositum, & formam; semperque applicat formam supra signifi-

sicutum formale, sive supra materiale termini cui applicatur, ut in hac propositione: *album est dulce*, ubi dulcedo, que est significatum formale termini appellatis applicatur subiecto termini appellati, & reddit hunc sensum: *Subiectum habens albedinem est subiectum habens dulcedinem*. Et hinc.

2 Appellatio dividitur in *materiale*, & *formale*. Materialis est, in qua terminus appellans applicat suum significatum formale supra materiale termini appellati, ut in hac propositione: *album adificat*; que reddit hunc sensum: *Subiectum habens albedinem adificat*. Appellatio formalis est, in qua terminus appellans applicat suum significatum formale supra significatum formale termini appellati, ut in hac: *album disgragat visum*, ubi effectus disgrandi applicatur significato formali termini appellari, scilicet, albedini.

3 Aliqæ regulæ assignari solent, & vix Auctores inter se concordant in ipsis. Nobis vaide placet, quod ait Mastrius, nullam certioram regulam tradi posse discernendi appellacionem formalem à materiali, quam diligens animadversio propositionis constantis ex subiecto, & prædicato composito, sed tamen accipe aliquas vulgores.

4 Prima: Quando terminus appellatus est complexus, ut *homo albus*, *Petrus logicus*, tunc terrius appellans applicat suum significatum formale suprà illam partem complexi, cuius essentia, vel propria passio est. V.g. *homo albus est risibilis*, prædicatum appellat suprà hominem; & in ista: *Homo albus disgragat visum*. Appellat suprà albedinem. Si autem terminus appellans utriusque parti complexi contingenter conveniat, si in propositione ponatur ex parte subiecti, appellat suprà subiectum, quod in complexo est significatum materiale, ut in hac: *Petrus magnus est logicus*, *Iy magnus*, qui est appellans, & accidentaliter convenit Petro, & logico, appellat suprà Petrum, & facit hunc sensum: *Petrus, qui est magnus in quantitate, est logicus*; si vero ponatur ex parte prædicti, appellat suprà illud, & est appellatio formalis, ut in hac: *Petrus est magnus logicus*, & facit huic sensum: *Petrus est magnus in logica*. Si autem solus terminus appellans sit prædicatum, appellat suprà materiale subiecti; ut in hac: *Petrus logicus est magnus*: *Iy magnus* appellat tantum suprà Petrum.

5 Secunda regula: Nemina nominalia, ut duo, tres, si adiectivis addantur, applicant suum

Suum significatum formale suprà significa tum
materiale alterius, & illud tantum multipli-
cant. V. g. video tria alba, & sensus est video
tria subjecta habentia albedinem; licet vnica
albedo esset in omnibus. Quare hæc proposi-
tio: *In Divinis sunt tres omnipotentes*, est ca-
tholica, si ly omnipotentes adiective sumatur,
quia facit hunc sensum: *Sunt tria supposita
habentia unicam omnipotentiam*. Sed quia
communiter sumitur substantiæ, quia nomi-
nibus substantiis caremus, qualia essent, *In-
mensorum, omnipotentior*, ideo, & merito D.
Athans. in Divinis esse tres omnipotentes, im-
mensos, &c. negat. Si autem numeralia ap-
plicentur substantiis, multiplicant tam signi-
ficatum materiale, quam formale. V. g. video
tres homines, id est, video tria supposita haben-
tia tres humanitates. Unde hæc propotione est
hæretica: in Divinis sunt tres Di, quia sensus
est: *sunt tria supposita habentia tres Deitates*.

6. *Tertia regula:* Terminus significans
actum animæ interiorem, ut cognosco, si post
se habet nomen, appellat suprà significatum
formale, v. g. cognosco venientem, ly cognosco
appellat suprà venientem formaliter, & sensus
est: *Cognosco venientem, in quantum veniens est*,
quod potest verificari, etiam si non cognos-
cam;

cam; quisnam sit ille, qui venit, dummodo cognoscam, illum venire. Si autem nomen præcedat, ut *venientem cognosco* appellat suprà materiale. & sensus est: *Cognosco illum, qui venit.* Hæc regula non est tanti poderis, sed cum pluribus loquimur. Quod valde interest in hac materia, est, ut numquam in argumentatione varietur appellatio de materiali in formale, nec è contra, v. g. *homo est vox*; sed *homo est substantia*: ergo *vox est substantia*; quia fit transitus à materiali vocis ad formale, seu significatum illius.

CAPUT XI.*De reliquis terminorum proprietatibus*

Tertia affectio termini est status; & est positio, seu acceptio termini pro significatis correspondentibus copula de praesenti, ut in hac propositione: *homo currit*, ubi ly *homo* dicitur statum habere, quia stat pro praesentibus. Unde non bene aliqui statum extendunt ad tempus quocumque per copulam importatum, hoc enim ampliatio, & non status esset, nam in rigore logico solum praesens indicativi praefert statum, reliqua vero tem-

pora dicuntur obliqua, seu casus, quia cadunt à modo proprio verbi. Casus ergo, & cadere non cohaerent cum state, & statu.

2 Dices; ideo in hac propositione: *Petrus leger*, non datur status, quia ampliatur ad tempus, vel præsens, vel futurum, dicendo: *Petrus, qui est, vel erit, leger*; sed etiam propositiones temporis præsentis possunt sic ampliari; ut patet in hac: *Petrus disputat, que potest sic ampliari: Petrus, qui est, vel fuit, vel erit, disputat*; ergo vel status extenditur ad omnes differentias temporis, vel non reperiatur adhuc in tempore presenti. Respondetur concessa maiori, negando minorem, discrimen pater ex dictis numero præcedenti; cum enim verbum rectum, seu indicativum sit perfectè verbum, cætera autem sint casus, & imperfectio verbi, bene possum: futurum, & præteritum extendi, & rediçi; ad præsens; nam imperfectum naturali ordine poterit reduci; secus vero per se & tu ad imperfectum; conseqüenterque indicativum, seu rectum, non debet ad obliquum, seu ad alios casus extendi, aut reduci.

3 Quare nobis placet sententia assertiva, propositiones necessarias semper habere statum; cuius oppositum non bene alvertit Mastrius; quia hæc proposicio: *homo est animal* non aliter poterat ampliari, quam reducendo

perfectum ad imperfectum, & rectum ad obliquum, dicendo: *Homo, qui est, vel erit, est animal*, quod non potest fieri, quia in propositionibus æternæ veritatis, ut in hac v. g. *homo est animal rationale, ly est*, ambit omnes differentias temporis, quia est sempiternum; ergo nequit ampliari; nam ampliari est extendi ad aliam differentiam temporis, præter eam, quæ per copulam principalem importatur; & verbum ambiens omnem differentiam temporis, ad aliam non potest extendi.

4 Ampliatio, quarta affectio termini, est extensio termini à minori ad maiorem suppositionem, & est duplex, quoad tempus tantum, & quoad tempus, & significata simul. Ampliatio quoad tempus tantum est acceptio termini in ordine ad plures differentias temporis, quam per copulam principalem importatur, subiectu entitativè invariato existente, quod intelligendum est de pluribus divisiōnē, ut in hac propositione: *Petrus legebat*, quæ explicatur per hanc: *Petrus, qui vel fuit, & non est, vel fuit, & est, legebat*; nam legisse potest affirmari de Petro, qui fuit, & nunc est, & Petro, qui fuit, & iam non est. Si autem sumatur in ordine ad plures differentias temporis copulativè, potius restringitur. Unde in hac propositione: *homo est,*

est, & fuit, ly homo restringitur; in hac verò: ho-
mo est, vel fuit ampliatur, quia in prima accipi-
tur determinatè pro his, qui sunt, & fuerunt; &
pauciores sunt, qui sunt, & fuerunt, quam qui
sunt, vel fuerunt. Ubi notandum, ampliatio-
nem istam quoad tempora posse competere ter-
mino singulari, non verò ampliationem quoad
significata; nam in hac: Petrus docebit, tunc
Petrus solum pro uno subiecto potest accipi, &
si sit connotando, & se extendendo ad plura
tempora.

5 Ampliatio quoad tempus, & significata
 simul est acceptio termini pro pluribus significan-
 tis, & differentijs temporis, quam per copulam
 principalem importatur, ut in hac: Iusti in per-
 petuum vivent, quæ non solum extenditur ad
 tempus futurum, quod per copulam importa-
 tur, sed ad iustos, qui sunt, & fuerunt. Huius
 ampliationis solum est capax terminus com-
 munis accidentaliter supponens, quia habet in-
 feriora, ad quæ extendi potest; non tamen ter-
 minus singularis, qui ea non habet, nec terminus,
 qui simpliciter supponit; quia hic immo-
 biter stat, nec ad inferiora descendit; nec tan-
 dem terminus, qui naturaliter supponit, quia
 iste ex dictis semper statutus habet.

6 Solent Auctores plures pro ampliatio-

ne assignare regulas, sed adeò diffusas, & confusas, vt potius obnubilent, quam proficiant, nos tantum tres regulas apponemus. Sed prius notandum apud Dialecticos, esse quinque temporis differentias, scilicet, *præsens*, *præteritum*, *futurum*, *possibile*, & *imaginarium*; in ordine ad quas potest fieri ampliatio. Sit ergo. Prima regula: verbum *præteriti* temporis ampliat subiectum ad *præsens*, & *præteritum*, restringit tamen *prædicatum* ad *præteritum*, vt in hac: *Petrus legebat*, idest, *Petrus*, qui est, vel fuit, *legebat*. Verbum vero futuri temporis ampliat subiectum ad *præsens*, & *futurum*, sed restringit *prædicatum* ad *futurum*, v. g. *Homo doctus erit Pontifex*, in qua ly *homo doctus* ampliatur pro homine, qui est, vel erit *doctus*; sed ly *Pontifex* restringitur ad *Pontificatum futurum*.

Secunda regula: terminus significans prioritatem ampliat terminum ante se positum ad id, quod est, vel fuit, & terminum post se positum ad id, quod est, vel erit, vt *Adam est prior Anti-Christo*; idest, *Adam*, qui est, vel fuit, est prior *Anti-Christo*, qui est, vel erit. E contra terminus significans posterioritatem, ampliat terminum ante se positum ad id, quod est, vel erit, & terminum post se positum ad id, quod est, vel fuit,

ut Anti-Christus est posterior Adamo ; idest Anti-Christus , qui est , vel erit , est posterior Adam, o qui est , vel fuit.

Tertia: verba significantia affectum interiorem animæ , ampliant terminum suprà quem eadunt ad omnes temporis differentias, ut *avarus appetit pecunias*, idest præsentes , præteritas, futuras, possibiles, imaginabiles.

7 Pro modo arguendi ab amplio ad non amplum, vel è contra, adverte, quod amplum, & non amplum (idem dic de non restricto , & restricto) se habent sicut superius, & inferius, & sicut potentia, & actus; atque ideo in modo arguendi non valet consequentia affirmativè ab amplio ad non amplum , nec à non restricto ad restrictum. V. g. *homo est potens currere* : ergo *currerit* (intellige de potentia physica) quia à potentia ad actum non valet affirmativè ; at verò negativè , sicut valet à potentia ad actum , ita valet à termino amplio ad non amplum , & à non restricto ad restrictum. V. g. *homo non potest currere* : ergo *non concurrit*. E contra à termino non amplio ad amplum , & à restricto ad non restrictum valet affirmativè. V. g. *currit*: ergo *poteſt currere* ; negativè autem non valet; ut *non currit*: ergo *non potest currere*, quia à negatione actus ad negationem potentie non tenet.

8. Licet hæc absolutè vera sint, aliquas tamen assignant Dialectici exceptiones. *Prima*: ab amplio ad non amplum cum distributione ampli posita constantia non ampli, affirmativè valet consequentia, ut *omnis homo disputat*; & *homo doctus est*: ergo *homo doctus disputat*. Ponere constantiam termini est affirmare existentiam rei significatæ per terminum; atque ita requiritur existentia hominis docti ad veritatem consequentie; nam licet *omnis homo disputaret*; si non existeret aliquis doctus, homo doctus non disputaret.

Secunda: ab amplio ad non amplum etiam sine constantia non ampli, negativè valet consequentia, ut in hac: *nullus homo disputat*: ergo *homo doctus non disputat*, quia ut nullus homo disputet, non requiritur existentia hominis docti. *Tertia*: ab amplio ad non amplum sine distributione ampli, nec affirmativè, nec negativè tenet consequentia. V.g. *homo disputat*; & *homo doctus est*: ergo *homo doctus disputat*, quia licet existat homo doctus, potest non disputare si indoctus disputet.

Quarta: à non amplio ad amplum sine distributione ampli etiam sine constantia non ampli, valet affirmativè; v.g. *homo albus currit*: ergo *homo currit*. *Quinta*: à non amplio ad amplum

plum sine distributione ampli cum constantia non ampli valeret etiam negativè, v. g. homo albus non currit: & homo albus est: ergo homo non currit. *Sexta*: à non ampio ad amplum cum distributione ampli, nec affirmativè, nec negative valet. V. g. nullus homo albus currit: ergo nullus homo currit, quia possent currere homines non albi.

9. *Restrictio* est acceptio termini ad minorem significationem, quam ex natura rei illi competebat ratione alicuius adiuncti; & potest fieri ratione adiectivi, ut homo albus disputat; vbi ly homo, qui ex se extenditur ad omnes homines ratione adiectivi adiuncti extenditur ad solos homines albos. Ratione copulæ implicationis, vt animal. quod est rationale, est risibile. Ratione appositionis inferioris ad superiorius, vt animal homo disputat. Et ratione obliqui; vt equus Petri currit. *Restrictio* itaque dividitur in restrictionem quoad tempora, & quoad significata; quoad significata est quando accipitur pro paucioribus significatis; vt patet ex exemplis allatis; quoad tempora est, quando terminus accipitur in ordine ad pauciores differentias temporis. V. g. homo qui fuit, currit, vbi homo restringitur ad illum, qui determinatè fuit.

10. Circa modum arguendi in restrictione

nihil novum se offert præter dicta in ampliatione; idem enim est restrictum, ac non amplum, & non restrictum idem ac amplum; atque ita mutatis nominibus easdem serva regulas. Nota tamen, quod quando verbum significat inceptionem, vel desitionem restringit terminum ante se positiū ad præteritū, vel futurum, ut *Perrus obiit*, *Paulus nascetur*, vbi Perrus accipitur pro eo, quod fuit, & Paulus pro eo, quod erit.

11 Diminutio est distractio partiis suppositionis termini, ut *Aetiops est albus secundum dentes*, vbi ly albus non supponit pro toto homine, sed pro quadam eius parte, & hoc solet appellari dictum secundum quid. Alienatio, quæ etiam dicitur distractio, est translatio termini à propria ad impropriam significationem, ut *homo pictus*, *leo marmoreus*; solum enim dicuntur homo, & leo, quia illorum imagines sunt. Remouio est totalis distractio termini à sua significatione, ita ut ratione adiuncti non possit supponere. Ut *homo irrationalis currit*. Et hæc etiam vocatur implicatio in terminis. Vbi nota, quod ut detur talis implicatio, termini representantes debent ponи ex parte eiusdem extremi; unde si dicas: *homo est irrationalis implicatio in terminis non datur*.

12 Pro tribus ultimis proprietatibus termini,

mini, nota, quod non valet consequentia à termino diminuto ad non diminutum, ab alienato ad non alienatum, à remoto ad non remotum, sed est fallacia à secundum quid ad simpliciter, & in hoc differt diminutio à restrictione, quamvis aliunde sit illi affinis.



LIBER II. S U M M U L.

De veritate composita secundæ intellectus operationi correspondenti.

Absolutis iam pertinentibus ad primam intellectus operationem; in hoc secundo libro agere oportet de spectantibus ad secundam, in qua de nomine, & verbo sermo erit; licet enim simplicia sint, tamen Arist. lib. i. Perhyermen. de eis tractat ante propositionem, & merito quidem; hæc enim duo per

per se propositionem intrant, & sine illis propositione stare non potest, vel saltim sine aliquo illorum.

C A P U T I.

De Nominе.

Non agimus hic de nomine grammaticaliter sumpto, qua ratione definiri solet: *Vox declinata per casus*, sed de nomine logicè considerato, pro ut ad propositionem, & syllogismum conducit; in quo sensu recentissima est definitio Aristotelis: *Est vox significativa ad placitum sine tempore, cuius nulla pars separata significat, finita, & recta.* Tres primæ particulæ manent explicatae digress. de signo. Illa particula *sine tempore* ponitur ad differentiam verbi, & denotat, nomen, significare aliquid, non per modum motus, sed per modum substantiæ; non ut fluens, & egrediens, sed ut stans. Pro quo adverte, aliud esse significare tempus, aliud connocere tempus, & aliud significare cum tempore. *Significare tempus* est, ipsum tempus, aut aliquam eius differentiam expressè, & directè significari per terminum; ut mensis, annus, dies, præterit.

teritio, futuritio. *Connare tempus* est significare aliquid, quod sit determinato tempore, ut cæna, completorium, &c. *Significare cum tempore* est significare aliquid per modum fluxus, seu actionis, & passionis exercitæ, & commensuratae aliqua temporis differentia; ut lego, significat lectionem quasi fluere, & egredi à me tempore præsentii. Igitur ly *sine tempore* relegat à nomine significationem cum tempore commensuratam, & in ipso fluentem; non verò prohibet, nomen significare, aut connare tempus; tunc enim tempus sumitur signatae, non exercitæ.

2. *Cuius nulla pars separata significat excludit à ratione nominis terminum complexum*, & orationem, cuius partes eodem modo significant separatæ, ac coniunctæ, ut homo iustus; hæc enim sunt plura nomina, non unum. A paro ratione excluduntur termini equivoqi, quia sub una voce, ratione multiplicis significationis sunt virtualiter plura nomina, & communiter non est nomen, quia quod unum nomen non est, nec nomen est. Verum est tamen, aliquid posse esse verum nomine, licet habeat partes separatim significantes, dummodo non significant eodem modo, quo coniunctæ, ut dominus, armiger, de quo vide Mastruum a. p. institut. n. 7.

3 Relique particulæ licet à Philosopho statim in definitione non apponantur, apparent evidenter ex his, quæ in ipso capite advertit. *Finita* excludit à ratione nominis terminum infinitum, ut *non homo*, qui nec lapidem, nec lignum, nec aliud significatum determinatum habent; nomen enim est *notamen* rei determinatæ, & nomen infinitum sua significata confundit. Et licet significet rem certam de formalí, scilicet negationem hominis, tamen significat indeterminate, & ex parte modi, quia significat negationem non significando quid sit ipsa negatio, sed solum quid non sit forma negata, & in hac indeterminatione ex parte modi significandi consistit infinitas nominis. Per particulam *recta* excluduntur casus obliqui, per quos nomen declinatur, ut *hominis*, *homi- ni*, quia ut iam diximus nomen est, quo res nominamus, & solo nominativo nominamus. Vide quæ diximus cap. i i. de statu, & aplica nomini.

4 Ex quo colliges, per *lysine tempore* non excludi à ratione nominis participium, vt *amans*, quia licet in re importet actionem significat amandi, ex parte tamen modi significandi non significat illem, vt exercitam; si enim dicatur: *Petrus est amans*; solum *ly est exer-*

citè significat amorem , aliàs in hac propositione essent duo verba. Unde omnes dicunt, prædicatum propositionis de secundo adiacente esse participium in copula inclusum ; quomodo ergo , si participium est prædicatum , poterit verbum esse?

Colliges 2. Pronomina esse verè nominata , quia esto non denotent naturam , denotant personam. Similiter transcendentia; nam licet non significant determinatè inferiora , tamen determinatè rationem supremam significant; explicant enim quid sit conceptus ille communissimus , non autem quid non sit ; hoc est ponendo , & denotando aliquid in te significata ex parte modi. Pariter adiectiva ; nam quamvis per se non possint subjici , possunt tamen per se prædicari. Colliges 3. Phylosophum hic definiisse nomen in toto rigore , & ut deseruit propositioni scientificæ ; & ideo à ratione nominis excludit complexum infinitum , syncategorematicum , & obliquum ; hi enim sicut inpropriè sunt termini , etiam sunt impropriè nomina. Colliges tandem , Arist. solum nomen vocale definitse , tanquam aliquid notius ; si tamen velis notaen in communi definite , dices : *Est signum significans sine tempore , in complexum , finitum , & rectum.*

CAPUT II.

De verbo.

2. **I**Mmediatè post nomen agit Arist.

Vox significativa ad placitum cum tempore, cuius nulla pars separata significat, finita, & recta; & est semper nota eorum, quæ de altero prædicantur. *Ly cum tempore* est differentia nominis à verbo, & denotat actionem, & passionem, ut mensuram tempore, id est ut exercetur in aliqua temporis differentia. Unde verbum primario significat actionem, & secundario compositionem unius cum alio, id est coniungit actionem cum tempore, in quo exercetur. Nota hic, ut aliqua vox sit verbum, non sufficere, quod significet actionem, vel passionem præcisè, sed requiritur, quod significet illas exerceri in aliqua differentia temporis. Quare *mōtus, cursus, lectio*, verba non sunt, quia motum, cursum, & lectionem non significant ut exercepta in aliqua temporis differentia. Similiter ad rationem verbi non requiritur, quod res significata verè sit actio, aut verè mensuratur tempore; sed sufficit, quod ex modo

fig-

Significandi concipiatur ad modum actionis
in tempore exercitæ, ut *fedo*, *quiesco*, &c.
significant sessionem, & quietem ad medium
actionis, quæ de presenti exercetur; & haec
verba *Procedo*, *intelligo* dicta de Deo sunt verè
verba, quia licet actus, quos significant, sint
æterni; illos tamen significant ad modum
actionis, quæ tempore mensuratur.

2. Separata excludit verba complexa, ut
Iego, *audio simul sumpta*, quæ sunt plura verba,
& non vnum. Dices: Iuxta hanc doctrinam
verba adiectiva, ut *amat*, *studet immò*, & ver-
bum substantivum in propositione de secundo
adiacente, non erunt verba; nam subordinantur
in mente conceptui complexo; *amat* namque
resolvitur est *amans*: ergo sunt verba comple-
xa. Respondeatur, verba adiectiva non esse
propriæ verba; nam omnia illa reducuntur ad
substantivum *sum*, *es*, *fui* quod solum propriæ
verbum est, ut *Petrus currit*, quæ facit hunc
sensum: *Petrus est currens*. Itaque solum *ly*
est, est verbum rectum, & nota eorum, quæ
prædicantur. Ad illud de secundo adicente
est, concedimus, subordinari duplici concep-
tui in mente; sed negamus, esse verbum com-
plexum; nam uterque concepimus non corres-
pondet verbo, sed unus verbo; & alius prædi-
ca-

cato ; proindeque non tollit incomplexionem de linea , & genere verbi , & patet , quia eodem conceptus format intellectus per ly *Petrus est* , ac per ly *Petrus est ens* ; sed in secunda propositione *est ens* non obest simplicitati verbi : ergo nec in prima.

3 *Finita excludit verbum infinitum* , ve non amo , ly non infinitanter accepto , quod non significat actionem determinatam , sed denotat , me facere aliquod , quod non est amare . *Recta* relegat à ratione verbi verba obliqua ; hæc enim cadunt à modo proprio verbi , qui est significare actionem ; vt fluentem , & egredientem ; ideoque solum praesens indicativi modi est propriè verbum (non solum quoad numerum singularem , sed etiam quoad pluralem omnium personarum , vt amo , amant , &c.) quia solum illud per se independenter ab alio potest enunciare veritatem ; cætera enim tempora enuntiant veritatem dependenter ab alio , nam *Petrus curret* , *Petrus cucurrit* , ideo sunt veræ , quia aliquando erit , vel fuit verum dicere : *Petrus currit* .

4 Ultima particula ; & est nota eorum , quæ prædicantur de altero ponitur claritatis gratia , vel ad explicite excludendum participium , quia nunquam potest esse nota , seu vno extre-

morum, aut copula propositionis, & abstrahit à determinata differentia temporis, potestque convenire tam præterito, quam futuro; ut *Petrus est legens*, *fuit legens*, *erit legens*.

CAPUT III.

Quid, & quoniam sit Oratio?

Aristoteles ubi sup. cap. 4. ita orationem definit: *Vox significativa ad placitum, cuius partium aliqua separata significat*, ut *dictio*, & non ut *affirmatio*, & *negatio*. Per tres primas particulas convenit oratio cum nomine, & verbo; cum hanc differentia, quod nomen, & verbum significant ratione sui; oratio verò ratione suarum partium; nullus enim impossuit totam hanc orationem: *Petrus est homo* ad significandum; sed tantum partes orationis sunt impositae ad significandum ratione sui. Dicitur autem vox in numero singulari ratione unius formæ, que est unitas ordinis, & complexionis. Additur: *Cuius partium aliqua separata significat* ad denotandam, saltim unam partem orationis debere esse significativam. Unde oratio nec petit habere omnes partes significativas, nec excludit à ratione

tione orationis illam, quę omnes partes significativas habet; quod declarat translatio antiqua Aristotelis, dum vertit: *Cuius partium aliquid significativum est*; ubi notat Mast. & Complut; sensum esse, quod ad minus una pars cathegorematicè significet, esto aliæ sint non significativæ, aut syncathegoremata.

2 Denique ponitur: *Vt dictio*, &c. ad explicandum, quod aliqua pars ad minus debet esse significativa, ut dictio, & non requiritur necessario, quod sint affirmatio, vel negatio; non tamen intendit negare, quod in aliqua particulari oratione significant, ut affirmatio, & negatio; ut patet in ista: *Petrus legit, Ioannes loquitur*. De ratione igitur orationis in communis solum est habere partes, quę sint dictiones, non positivè excludendo affirmacionem; aut negationem: alias nulla oratio id posset habere; sed abstrahendo, & permissivè te habendo ad utrumque.

3 Inquires; quali nexu debeant uniri partes, ut orationem constituant? Respondetur ad rationem orationis non requiri præcisę, quod unus partium sit copula verbalis, aut verbum; hoc enim solum orationis enuntiativæ proprium est, ut ait Arist. hic: *Ceteræ vero omnes (orationes) Coniunctione sunt una; ne-
cessē*

esse est autem, enuntiativam omnem orationem ex verbo, aus casu verbi constare. Quod patet ex eodem Arist. i. topic. cap. 4. nam definitio est oratio (cum sit modus sciendi) & tamen partes eius non vniuntur copula verbalis; igitur de ratione partium orationis solum est, quod vniantur invicem aliquo nexu, aut verbali, aut grammatical, saltim per concordantiam substantivi, & adiectivi, sive per coniunctionem, &c. Ideoque consulto Arist. in definitione orationis non apposuit particulam cum tempore, quia cum hoc sit proprium verbi, non oportebat tribuere orationi, que verbum non necessario requirit, ut patet in termino complexo. V. g. *homo albus*.

4 Dices: Implicat, idem simul esse terminum complexum, & orationem; istae enim sunt duæ species, que in unum nequeunt conjungi, ut patet in homine, & equo, idem enim nequit esse simul utrumque: ergo. Respondeatur, easdem voces significativas posse esse simul orationem, & terminum complexum, sub diversa tamen ratione formalis. V. g. *homo albus* est oratio imperfecta, & fundat secundam intentionem talis, quatenus ut totum recipit suas partes sistendo ibi, & praescindendo ab hoc, quod utraque sit significativa; est au-

tem terminus complexus, quatenus est pars complexa de se ordinabilis ad componendam propositionem, & aliunde determinatè petit, quod omnes partes separatae significant. Nec repugnat, idem materiale fundare duplē intentionem logicalem specie distinctam; nam intentiones istae sunt accidentia rationis, quæ licet non formaliter, tamen in eodem materiali coincidere possunt. Idque patet adhuc in entibus realibus; nam homo accidentaliter denominatur extensus à quantitate, & totum coniunctum ex homine, & quantitate denominatur accidentaliter album ab albedine: hoc autem in speciebus essentialiter constituentibus nequit contingere, alias idem haberet duas essentias primarias, quod repugnat. Per quod patet ad paritatem.

5 Oratio igitur dividitur in imperfectam, & perfectam. Perfecta est, quæ perfectum generat sensum in animo audientis, id est integrum sententiam declarat, & non relinquit suspensum aidentem. Ut *Petrus est iustus*. Imperfetta est, quæ generat imperfectum sensum, id est non declarat sententiam integrum, sed relinquit animum audientis suspensum circa id, quod vult asserere, proferens, ut si ambulaveris. Unde definitio est oratio imperfecta; nam licet

Ilicet explicet perfectè essentiam rei , & audiens verè talem essentiam concipiat, hoc tamen pertinet ad perfectionem obiecti simplicis apprehensionis , non tamen obiecti iudicij , quod ad perfectam orationem requiritur ; audiens enim animal rationale non potest formare iuditium quietum de dicto loquentis, nec iudicare quid faciat , vel non faciat, vel quid intendat assertare , proferens, quod requirebatur ad generandum perfectum sensum.

Oratio perfecta subdividitur in enuntiativam, & non enuntiativam. Enuntiativa est, quæ aliquid affirmat , vel negat , ut homo est albus . Non enuntiativa est illa , quæ nihil affirmat , vel negat , & hæc subdividitur in imperativam, ut disce puer; optativā ut veniam d'srumpere scelos; interrogativā ut ubi est Deus tuus? Deprecativā, ut da mihi bibere. Ceteræ verò orationes omittantur ait Phylosophus, quia ad oratoriam artem, aut Pæosim magis pertinent, enuntiativa autem ad præsens attinet , ideoque de illa sit.

CAPUT IV.

Quid sit propositio?

1 **I** Dem in re sunt propositio, & enuntiatio, solumque differunt penes diversum respectum: enuntiatio enim dicitur, quando sola propositio ponitur, tunc enim nudè, & præcisè veritatem, aut falsitatem enuntiat; propositio autem appellatur, quando ponitur ad inferendum aliquid in argumentatione, quasi pro aliо ponatur, nempe pro inferenda conclusione. In præsenti ergo pro eodem summuntur, & indiscriminatim de illa agemus.

2 Igitur sic solet definitione essentiali explicari. *Propositio est oratio perfecta enuntiativa unius de alio.* Per esse orationem perfectam convenit cum alijs, quæ propositiones non sunt. Ly enuntiativa unius de alio ponitur loco differentiæ; nam propositio significat non ut cumque, sed narrando, iudicando, & sententiando unum de alio. Quæ definitio, ut exacta, & essentialis ab omnibus ferè admittitur.

3 Phylosophus tamen duplicem definitionem propositionis tradit. prim. lib. 1. Priorū
cap. 1.

c. i. his verbis: *Est oratio aliquid affirmans, vel negans.* Sec. i. Per hyerm. c. 4. hoc modo: *Est oratio verū, vel falsum significans.* Ad quarū intelligentiā notandum, quod affirmare, vel negare, & significare verum, vel falsum stat dupliciter, scilicet signate, & exercitè. Affirmare, vel negare verum, aut falsum signate est esse ipsam negationem, aut affirmationem, ipsam veritatem, aut falsitatem significatas per nomina ad id imposita. Unde istæ voces; *affirmatio, negatio, nego, affirmo, affirmant, & negant signatè, & istæ verum, veritas, falsum, falsitas significant verum, & falsum signatè.* Significare verum, vel falsum affirmare, vel negare exercitè est actualiter dicere, vel negare aliquid de aliquo, quod re vara ita est, vel non est; *ut homo est animal, homo non est lapis, homo est lapis, homo non est animal.* Quando igitur in definitionibus ponitur affirmatio, & negatio, veritas aut falsitas sumuntur exercitè, non signatè.

4 Pro divisionibus propositionis stabilendi sciendum est, in propositione reperiri quatuor, scilicet, materiam, formam, quantitatem, & qualitatem, per imitationem totius physici. Materia propositionis alia est *ex qua*, & alia *circa quam*. Materia *ex qua* est subiectum; id enim se habet per modum determini-

habilis ratione alterius; idem enim subiectum diversas constituit propositiones iuxta qualitatem praedicati advenientis; quod intelligendum est de materia partiali, nam totalis materia propositionis sunt suiectum, & praedicatum respectu copulae. Materia circa quam sive obiecta, de quibus formatur propositio, & cognoscitur per habitudinem praedicati ad subiectum, que triplex est, necessaria, contingens, & impossibilis, de quo cap. sequenti.

5 Forma partialis propositionis est praedicatum, quia quasi determinat subiectum; forma totalis, seu totius est copula, seu unio, qua coniunguntur extrema, que alias erant in differentia ad constituendam, vel non constituendam propositionem, & ratione illius determinantur, ut illam constituant.

6 Quantitas est extensio, vel restrictio propositionis ad plura, vel pauciora significans propositionis. Denique, qualitas propositionis est affirmatio, & negatio, veritas, & falsitas; affirmatio, & negatio dicuntur qualitates intrinsecæ; immo, & ab aliquibus differentiae essentiales; veritas, & falsitas vocantur qualitates extrinsecæ. Igiter propositio ratio ne quantitatis, qualitatis, materiæ, & formæ dividenda est.

*Dividitur proposicio ratione materiae, &
quantitatis.*

I **M**ateria propositionis triplex est
(loquimur de materia *circa-*
quam) scilicet, naturalis, impossibilis, & contin-
gens. Naturalis, seu necessaria est, quando præ-
dicatum necessario convenit subiecto. Remota,
seu impossibilis est, quando prædicatum repug-
nat subiecto; contingens autem est, quando præ-
dicatum contingenter convenit subiecto. Unde
propositio ratione materiae dividitur in neces-
sariam, contingentem, & impossibilem. Propo-
sitio necessaria est illa, quæ enuntiat rem, quæ
aliter se habere non potest, ut *homo est risibilis*.
Propositio impossibilis est, quæ enuntiat rem,
quæ sic se habere non potest, ut *homo est lapis*.
Propositio contingens est quæ enuntiat rem,
quæ aliter se habere potest, ut *homo est albus*. Ubi
adverte non esse idem, propositione esse in ma-
teria necessaria, & esse necessariam, nā ista; *homo*
~~non est rationalis~~ est in materia necessaria, & ta-
nē propositio non est necessaria, sed impossibi-
lis. Similiter aliud est, propositionem esse in ma-
teria impossibili, & esse impossiblerū; nā hæc:
homo non est lapis est in materia impossibili; &
non

non est impossibilis, sed necessaria. Regula generalis est: propositio affirmativa in materia necessaria semper est vera, & negativa falsa; & contra affirmativa in materia repugnanti semper est falsa, & negativa vera, denique in materia contingentia, tan affirmativa, quam negativa aliquando est vera, & aliquando falsa.

2 Deinde ratione materiae dividitur propositio in formalem, & identicam. Formalis est, in qua prædicatum est forma subiecti, sive hæc forma sit essentialis, ut in hac: *homo est animal*, sive accidentalis intrinsecè inherens, ut *homo est albus*, sive extrinsecè terminata, ut *paries est visus*. Identica est, in qua prædicatum non se habet ut forma subiecti, & tamen enuntiatur esse idem cum illo, & hæc etiam est duplex, alia omnimode identica, illa, scilicet, in qua idem tam ex parte rei, quam modi significandi prædicatur de se ipso, sive eodem nomine, ut *Petrus est Petrus*, sive nominibus synonymis, ut *Marcus est Tullias*, *ensis est gladius*, sed talis prædicatio est nugatoria, & inutilis. Alia est non omnimodè identica, ut quando duo, quæ secundum suas rationes formales differunt, significantur, esse idem inter se, sive hæc identitas proveniat ab aliquo tertio, in quo vniuntur, ut *rationale est animal*, sive ratione

infinitatis unius, vel utriusque extremi, ut *sapiens infinita est bonitas*, de quo latius in Log. append. de praedicatur.

Rursus ex hoc capite, propositio dividitur in directam, seu naturalem, & in indirectam, seu innaturalem. Prima est, in qua praedicatur id, quod praedicari debet; id autem, quod debet praedicari, est vel superius de inferiori, ut *homo est animal*, vel distinctum de confusso, ut *homo est animal rationale*, vel accidens de subiecto, ut *homo est albus*. Secunda verò est, in qua praedicatur id, quod non est naturum praedicari, ut *animal est homo*, *animal rationale est homo*. Nota tamen ex Doct. Subt. in 1. dist. 8. q. 4. ad primum propositionem formalem, & identicam in creatis semper in eodem materiali coincidere, ibi enim omnis propositio identica est etiam formalis, quia ut ait Doct. ibi, nunquam fuit tradita Logica in creaturis de praedicatione, alia formaliter vera, & alia per identitatem, sed solum in Vivinis. Itaque propositio identica dicitur talis ex eo, quod praedicatum sit idem cum subiecto praescindendo à quocumque alio; si autem id, quod est idem, sit etiam forma subiecti, erit simul identica, & formalis; atque ita in creatis etiam propositiones indirectae sunt formales, secus in Deo.

3 Tandem ratione modi, quo prædicatum convenit subiecto, dividitur in modalem, & de inesse. Modalis est, *qua includit modum determinantem convenientiam predicati ad subiectum*; ut homo contingenter disputat. Propositionis de inesse est, *qua absolute significat convenientiam predicati ad subiectum*, ut homo est albus. Solet etiam sumi propositionis de inesse, propterea opponitur propositionibus de extrinseco tempore, scilicet, de præterito, & de futuro; eisic propositionis de inesse est idem ac propositionis de præsenti. De propositione modali postea latius in proprio loco agendum est.

4 Ratione quantitatis dissecatur propositionis in universalem, particularem, singularem, & indefinitam. Universalis est, *cuius subiectum est terminus communis signo universaliter affectus*, seu determinatus, ut omnis homo est animal. nullus homo est lapis. Particularis est *cuius subiectum est terminus communis signo particulariter determinatus*, ut aliquis homo disputat. Singularis est, *cuius subiectum est terminus singularis, vel communis signo demonstrativo affectus*, ut Petrus disputat, hic homo disputat. Indefinita est *cuius subiectum est terminus communis nullo signo affectus*, que si sit in materia necessaria, vel impossibili æquivalet universalis; nam homo est

rationalis aquivalet huic: *omnis homo est ratio-*
n alis, & hæc: *homo non est leo*, idem valet, quod
nullus homo est leo: si fiat in materia contingentia
& quivalet particulari, ut *homo legit*, equivalet
h uic: aliquis homo legit.

Notandum tamen ad cognoscendam quantitatē propositionis debere attendi subiectum,
& non prædicatum; idēque si subiectum est
singulare, propositio erit singularis, quamvis præ-
dicatum universale sit, ut *Petrus est ani-*
mal; si subiectum est commune, quamvis præ-
dicatum sit particulare, propositio erit univer-
salis; ut *omnis homo est aliquid animal*; ratio est,
quia quantitas sequitur materiam, cum ergo
subiectum sit materia respectu prædicati, ex
illo pensanda est propositionis quantitas.

C A P U T VI.

Dividitur propositio ratione forme, &
qualitatis.

Ratione qualitatis dividenda venit
propositio in affirmantem, & ne-
gantem. Affirmans est, in qua prædicatum con-
iungitur, seu affirmatur de subiecto, ut *homo est*
rationalis. Negativa est in qua prædicatum

negatur, seu removetur à subiecto, ut *Petrus non est lapis*. Sed quia non est ita facile in omni materia cognoscere propositionem negativam, sequentes serva regulas.

2 Prima: ut propositio sit negativa debet negatio cadere supra copulam. Unde ista non est negativa. *Petrus est non lapis*. Secund. Negatio debet cadere supra copulam principalem; hæc enim est affirmativa: *homo qui non sedet, loquitur*. Tert. Ad negativam sufficit, quod negatio præcedat copulam, vel formaliter, ut in hac: *homo lapis non est*, vel virtualiter, ut in ista: *esse miser vult nullus*, quæ equivalent isti: *nullus vult esse miser*. Itē autem propositiones: *nescio litteras, nego antecedens, nolo peccatum*, sunt affirmatiæ, quia negatio subsequitur copulam. Unde non æquivalent istis: *non sum sciens, volens, affirmans, sed his: sum nesciens, sum negans, sum volens*. Ultima: ad cavendas in hac materia aliquorum fallacias ex pluribus negationibus ortas, attendendum est ad numerum negationum; si par est numerus, propositio est affirmativa; si impar, semper est negativa, licet mille, & una negationes ponantur, quia cum una negatio alteram destruat, negatio superveniens negationi, reddit oppositum præcedentis. V.g. *Petrus non est homo*, est pro-

positio negativa: ista vero: *Petrus non non est homo* est affirmativa, idem est de qualibet superveniente, quæ immutat totam propositionem.

5 Ulterius propositio ex hoc capite dividitur in veram, & fallam. Propositio vera est, quæ affirmat rem, sicuti est, ut *homo est animal*, *hyrcocervus est ens rationis*. Propositio falsa est, quæ enunciat rem aliter, ac est, ut *homo est lapis*, *hyrcocervus non est ens rationis*.

4 Ratione formæ dividitur propositio in cathegoricam, seu simplicem, & hypotheticam seu compositam. Cathegorica est, que constat subiecto, copula, & predicato, tanquam partibus principalibus, & immediatis sui; ut *homo est animal*. Hypothetica est, que constat pluribus enuntiationibus simplicibus coniunctione aliqua copulatis, tanquam partibus precipuis, & immediatis sui, ut si *Sol lucet*, *dies est*, *Petrus doceat*, & *Paulus discit*. Et licet Hurt. quem sequitur Merlin. ethymologiaz nominis addiqtus solas conditionales appellat hypotheticas ex eo, quod hypothesis idem est, ac suppositio; nos tamen communem servamus loquendi modum, quamlibet que compositam, hypotheticam nominamus.

5 Pro intelligentia definitionis cathegoricæ advertendum, non requiri necessariò, quod

quod subiectum, aut prædicatum sit una tantum dictio, vt in hac: *homo est animal*, aliquando enim potest integra propositio, oratio, vel quid simile esse subiectum, vel prædicatum, vt in hac: *homo est animal*, est vera proposicio. Advertendum etiam, copulam posse esse duplicem; aliam principalem, quæ, scilicet, unit præcipuum prædicatum cum subiecto; aliam minus principalem; seu implicationis, quæ se tenet ex parte alicuius extremi, vt in his: *Homo, qui currit, est doctus*, *Petrus est homo, qui disputat*; in virtute enim *ly est* est copula principalis, *ly currit*, & *ly disputat* sunt copulae implicationis. Differt propositio cathegorica ab hypothetica, quia cathegorica principaliter; & immediatè constat ex terminis; at verò hypothetica immediatè componitur ex propositionibus unitis aliqua coniunctione, quæ non sit verbum.

C A P U T VII.

De propositione hypothetica.

Divisa manet propositio in cathegoricam, & hypotheticam; nunc ergo de hypothetica propter specialem difficultatem sermo institutus. Et primo dividenda est

est in hypotheticam constantem duplice propositio
nem utraque perfecta; & constantem una
perfecta, & alia imperfecta. Prima est, in qua
veritas unius componentis non dependet à ve
ritate alterius, & hæc est duplex: alia copula
tiva, cuius extrema coniunguntur per particula
lam, ut *Petrus sedet*, & *Ioannes currit*, ad
quæ reducuntur propositiones de simultaneitate
temporis; ut quando *Ioannes ridet*, *Petrus flet*,
de simultaneitate loci, ut ubi iustus orat, impius pe
cat, & quæ præferunt similitudinem, ut *He
rodes fuit crudelis sicut Nero*, & sic de alijs.
Alia est disiunctiva, cuius componentes uniuersa
tut particula vel, aut alia simili, v.g. *Petrus cur
rit*, vel *Ioannes loquitur*.

2 Hypothetica constans una perfecta, &
alia imperfecta est, in qua veritas unius com
ponentis à veritate alterius dependet, & est tri
plex. *Conditionalis*, cuius partes copulantur per
ly si, ut si *Petrus currit*, *Petrus moveatur*. *Ra
tionalis*, cuius partes copulantur per particula
lam ergo, ut homo est animal; ergo est vivens. Et
Causalis, cuius partes coniunguntur per ly quia,
ut quia corvus habet alas volat.

Conditionalis alia est rigurose talis, quando
nempe verificatio unius propositionis oritur
adequate, & intrinsecè ratione alterius, ut si

*homo est rationalis est risibilis. Alia est imperf-
etè, & reductivè talis, quando, scilicet, veritas
vnius dependet à veritate alterius, non secun-
dum se, sed supposita aliqua promissione, aut
proposito, vt si veneris ad me, dabo tibi librum;
si habèrem tempus, libenter studerem. Alia de-
nique est conditionalis secundum vocem tan-
tum, & est quando veritas vtriusque disparate
se habet, nec una pendet ab alia. Vt si Arist.
docebit, Alexander pugnabit. Secund, reduci-
tur ad prim. vt imperfecta ad perfectam, secus
verò tert. quæ metè copulativa est, & non præ-
fert dependentiā, sed ad summum coexi-
stentiam vtriusque.*

4 In propositione hypothetica per imita-
tionem ad cathegoricam suo modo invenitur
materia, forma, quantitas, & qualitas. Forma
est copula, quæ vtramque simplicem vnit. Ma-
teria est connexio vtriusque propositionis, quæ
potest esse naturalis, impossibilis, & contingens
iuxta modum connexionis propositionum. Vbi
nota, quod materia propositionis non est at-
tendenda ex materia cuiuslibet simplicis seor-
sim, sed ex eo, quod principaliter affirmatur,
vel negatur per integrā hypotheticā. Unde
si duæ contingentes simplices necessario ne-
stantur, hypothetica erit in materia necessaria.

Quan-

Quantitas est, quę invenitur in vtraque cathegorica. Unde si vtraque est vniuersalis, vel particularis, talis erit hypothetica; si vna particularis, & alia vniuersalis, mixta erit. Dehinc
Qualitas est affirmatio, vel negatio, veritas, vel falsitas.

5 Ad cognoscendam igitur formam hypotheticalam, nihil speciale se offert dicendum. Circa quantitatem vero notandum, conditio-
nalem, rationalem, & causalem, nullam habere
quantitatem praeter quantitatem partium: tum,
quia quantitas sumitur ex subiecto, hypothetica
autem subiectum non habet. Tum, quia in
contradictorijs hypotheticarum nulla sit muta-
tio quantitatis, ut patet in his: *Si homo disputat loquitur*, cuius contradictoria, scilicet, non si
homo disputat, loquitur, servat eandem particu-
lariatem subiecti; ideoque non habent quanti-
tatem, sed partes supponunt immobiliter per
modum termini singularis.

6 Copulativa vero, & disiunctiva praeter
quantitatem partium habent quantitatem co-
pulae adverbialis, ita ut ly vel sit particulari-
tas, & ly & vniuersalitas; ratio est; nam in
contradictorijs praeter affirmationem, vel ne-
gationem debet mutari vniuersalitas proposi-
tionum componen̄tium in particularitatem, &

particula, & in vel, ut in ista: *Omnis homo loquitur*, vel *aliquis homo non ambulat*. Si tamen copulativa, vel disiunctiva componitur ex terminis singularibus, solum mutatur universalitas de ly & in particularitatem de ly vel, aut è contra.

*Regula pro affirmatione, & negatione
Hypotheticarum.*

7 Regula generalis pro affirmatione, & negatione hypotheticarum est intueri copulam adverbialem partes unientem; si copula est affirmativa, propositio erit affirmativa, quamvis utraque componens negativa sit, ut patet in istis: *Si nullus homo est rationalis, nullus homo est risibilis*; quia equus non est rationalis non est risibilis; quia in utraque copula adverbialis non est negativa. Unde in eorum contradictorijs non debet mutari qualitas particula, sed sola qualitas copula, dicendo: *Non si aliquis homo non est rationalis, non est risibilis; non quia equus non est rationalis, non est risibilis*.

Idem dicendum de Rationali; hæc enim est affirmativa: *Petrus disputat*: ergo *Petrus loquitur*, & ista negativa: *Petrus disputat*: non ergo *Petrus loquitur*: Et similiter in coniunctivis hec est

est affirmativa: *Petrus legit*, & *Ioannes currit*:
ista autem negativa: *nec Petrus legit*, *nec Ioannes currit*, quia ly nec propriè est particula coniunctiva negativa. Ab hac regula generali excluditur hypothetica disiunctiva, cuius copula adverbialis vix congruè negari, aut affirmari potest, nisi per affirmationem, aut negationem categoriarum componentium; si enim ambæ sint affirmativæ, ipsa disiunctiva affirmativa erit, si negativæ, negativa.

Regula pro veritate, & falsitate Hypo-
theticarum.

8 Prima regula: ad veritatem conditionis strictè sumptæ sufficit, & requiritur, quod consequentia secundum se sit bona in quacumque materia, id est; quod deducatur consequens ex natura antecedentis, ut *si homo volat, habet alas*; *si homo non est rationalis, non est risibilis*. Ad falsitatem autem sufficit, quod consequens non inferatur ex antecedenti, quamvis consequens, & antecedens vera sint, ut *si homo est risibilis est iustus*. Undè in conditionali nulla datur consequentia contingens, sed si est bona, semper est necessaria, & si est mala semper est impossibilis.

Secunda regula : ad veritatem conditionalis non strictæ , sed promissivæ , requiritur , ut existat promissio , aut propositum simul cum antecedenti , quia ex utroque conflatur integra causa consequentis , vt patet in ista : *Si viceris dabo tibi præmium* , licet postea non impleatur promissum , quia ad huius veritatem solum propositum cum conditione sufficit.

9 Tertia regula : ad veritatem rationalis , ultra bonitatem consequentiae requiritur ; quod antecedens sit verum ; & quia in bona consequentia , si antecedens est verum , consequens queque debet esse verum , sequitur , quod etiam consequens debet esse verum . Unde hæc est falsa : *homo est equus* : *ergo est vivens* , quia antecedens est falsum ; similiter ista : *homo est animal* : *ergo est rationalis* , quia est mala consequentia .

10 Quarta regula : ad veritatem causalis ultra veritatem antecedentis , & bonitatem consequentiae , requiritur , quod antecedens sit causa consequentis ; ideo hæc est falsa : *quia homo est risibilis* , *est rationalis* ; nam risibilitas non est causa rationalitatis .

11 Quinta : ut copulativa sit vera , & necessaria , requiritur , viramque partem esse necessariam , & veram , quia cum viramque af-

firmet, significat utramque partem sic se habere; ideo ista est falsa: *Paulus est homo, & homo est equus*, & ista est contingens: *homo est rationalis, & rationale est album*; nam ad falsitatem, & contingentiam copulatiæ sufficit, alteram partem esse falsam, aut contingentem. Ut autem sit possibilis, ultra possibilitatem utriusque partis, requiritur, ut sint compostibiles; hæc enim: *homo legit, & non legit* tæta est impossibilis, licet constet ex partibus seorsim possibilibus, eo quod simul sunt incompossibiles.

12 Sexta regula: si disiunctiva strictè sumatur, ut sit vera requiritur, alteram partem esse falsam, ut *leo rugit, aut homo ridet*; nam sic sensus est. Alterum tantum istorum est verum, scilicet, aut rugitus leonis, aut risus hominis. Si verò large sumatur, utraque pars potest esse vera; nam sic idem valet, ac saltim, vel ad minus unum istorum est verum, quem sensum habent istæ propositiones. *Vbi duo, vel tres congregati fuerint, &c.* Et hæc: *Par turtarum, aut duos pullos columbarum*. Ad falsitatem autem requiritur, utramque partem esse falsam. Ad cuius necessitatem requiritur, quod una pars sit necessaria. V.g. vel *homo est rationalis, vel est albus*; vel si utraque est contingens, una alteri sit incompossibilis, ut *iustus orat, vel non orat*;

Quare si ambæ sunt contingentes compossibiles, ut Petrus currit, vel videt, tota disiunctiva erit contingens. Denique ad eius possibilitem exigitur, quod vna pars sit possibilis, vel Petrus, vel est albus, vel est lapis. Ad impossibilitatem verò necesse est, quod utraque sit impossibilis, ut homo est leo, vel homo esse lignum.

Loci arguendi in Hypotheticis.

13 Primus locus: à causali ad rationalem, & à rationali ad conditionalem tam affirmativè, quam negativè est bona consequentia. V.g. ex ista causali: *Quia paries est albus, disaggregat visum;* sequitur ista rationalit: *paries esse albus;* ergo *disaggregat visum;* & etiam ista conditionalis: *si paries esse albus disaggregat visum;* idem cernitur mutando prædictas propositiones in negativas. Secundus locus: à conditionali ad rationalem affirmativè, & negativè valet consequentia, non tamen ad causalem. V.g. si *homo est risibilis, est rationalis;* sequitur: *est risibilis;* ergo *est rationalis;* non tamen sequitur: *quia est risibilis est rationalis.* Idem patet in negativis; v. g. si *homo non est risibilis, non est rationalis;* sequitur bene: *homo non est risibilis;* ergo *non est rationalis;* non tamen sequitur: *quia homo non*

non est risibilis non est rationalis; risibilitas enim, sicut non est causa rationalitatis, ita negatio risibilitatis non est causa negationis illius.

14 *Tertius locus: A conditionali positio antecedenti ad positionem consequentis est bona cōsequētia, v.g. Si Petrus currit, movetur; sed turrit: ergo movetur. Quartus A conditionali cum destructione, seu negatione consequentis ad negationem antecedentis est bona consequentia, v.g. Si Petrus currit, movetur; sed non movetur: ergo non currit. Quintus: A negatione unius partis copularivæ, ad negationem totius copularivæ est bona consequentia.. V.g. Petrus non legit: ergo non legit, & currit. Sextius: A disiunctiva cum negatione unius partis ad positionem alterius est bona consequentia; v.g. vel est dies, vel nox; sed non est nox: ergo est dies. Ultimus: A positione unius partis disiunctivæ ad totam disiunctivam est bona consequentia. V.g. Petrus vigilat: ergo vel vigilat, vel dormit.*

C A P U T VIII.

De oppositione propositionis categorica non modalis.

1 **N**on loquimur de oppositione physica, seu rerum, qualis reperitur inter lucem, & tenebras, calorem, & frigus; nec

nec de oppositione terminorum, de quibus iam satis in 1. Libro, sed de oppositione logica, seu propositionum, quæ est prima earum affectio, & resultat ex comparatione earum inter se. Hæc autem sic definiri potest: *Est incompositas duas propositiones inter se.* Colligitur ex Subst. Doct. in 2. dist. 2. q. 9. n. 34. Incompositas ponitur loco generis, in quo convenit cum oppositione rerum; ly duas propositiones, &c. habet locum differentię, quia per hoc ab oppositione rerum difert.

2. Dividitur ergo oppositio propositionum in oppositionem de lege tantum, & oppositionem de lege, & modo enunciandi simul. Oppositiō de lege tantum est incompositas duas propositiones in sola qualitate, non attendendo ad quantitatem, vel mutationem eius. Oppositiō de lege, & modo simul est incompositas duas propositiones in qualitate attendendo quantitatem, vel mutationem eius. Utique subdividitur in contrariam contradictionem, & sub contrariam. Oppositiō contraria de lege tantum, est incompositas per se affirmationem, & negationem duas propositiones in sola veritate pugnantium, ut omnis homo currit, hic homo non currit; quæ nequeune esse simul veræ, possunt tamen esse simul falsæ, si hic homo currat, & cæteri non; in his ser-

vatur lex, sed non modus. Contraria de lege, & modo enunciandi simul est repugnancia duarum propositionum in qualitate, attenta quantitate utriusque, ut omnis homo currit, nullus homo currit, hic servatur lex, & modus, quia ultra qualitatem attenditur universalitas utriusque que est quantitas in eis requisita.

Contradicторia de lege tantum est affirmatio, & negatio duarum propositionum in veritate, & falsitate pugnantium, non autem in quantitate, ut Petrus legit, Petrus non legit. Oppositiō contradicторia de lege, & modo est repugnancia duarum propositionum in quantitate, & qualitate simul, ita quod una sit universalis affirmativa, & altera particularis negativa, vel ē contra; ut omnis homo est albus, aliquis homo non est albus. Oppositiō sub contraria de lege tantum, est affirmatio, & negatio duarum propositionum in sola falsitate pugnantium, ut aliquis homo sedet, Petrus non sedet. Sub contraria de lege, & modo est repugnancia duarum propositionum particularium, aut in definitarum pugnantium in sola falsitate, ut homo disputat, homo non disputat. Datur etiam quarta oppositiō scilicet sub altera, quae est repugnancia duarum propositionum in sola quantitate, ut universalis affirmativa cum particulari affirmativa,

va, & universalis negativa cum particulari negativa. V. g. *omnis homo est albus*, *aliquis homo est albus*: *nullus homo est albus*, *aliquis homo non est albus*: in his non datur differentia secundum legem, & modum; nam non pugnant in qualitate, sed solum in quantitate.

3 Ex his oppositionibus subalternis, & sub contraria non sunt propriè tales. Primum patet: Tum, quia sub alternae non opponuntur secundum affirmationem, & possunt atque esse simul veræ, & simul falsæ, ut infra dicemus. Tum, quia licet una sit universalis, & altera particularis, hæc non est oppositio stricta, sed lata; nam secundum quantitatem non datur vera oppositio, quia quantitas maior non repugnat minori, præsertim si minor est pars majoris: ergo subalternae propriè non opponuntur.

De subcontrarijs etiam probatur; nam licet una sit negativa, & alia affirmativa, non tamen sunt de eodem subiecto secundum rem, sed tantum secundum vocem; qui enim dicit: *Alquis homo est albus*, *alquis homo non est albus* non vult, aliquem determinatum hominem esse album, & simul non album; hæc enim esset oppositio contradictoria; sed unum, v. g. Petrum esse album, & alium, v. g. Ioannem non esse

esse album. Et licet Pat. Alphons. Mal-Part. asserat , subiectum utriusque subcontrariæ esse omnia individua hominis disiunctivè sumpta, hoc non obstat ; nam omnia disiunctivè sumpta est vnum determinatum à parte rei sicutim à Deo assignabile , ut diximus , agendo de compositione determinata , & confusa , & consequenter sunt duo obiecta determinata , & distincta , intra quæ propria oppositio logicalis non datur.

4 Maneat ergo , duas tantum esse oppositionis species , scilicet , contradictoriam , & contrariam , sumptas secundum legem , & modum ; de quo nuper ; atque ita oppositionem rigorosam , pro ut utramque comprehendit definit Phylos. i. Prior . sic : Oppositio est affirmatio , & negatio eiusdem de eodem . Pro cuius intelligentia nota 1. propositiones , ut sint oppositæ , debere esse oppositæ qualitatis , scilicet , unam affirmativam , & alteram negativam ; ideoque istæ : Petrus est sapiens , Petrus est insipiens , non opponuntur dialectice , quia secunda non est negativa , & licet opponantur ex parte rei significatæ , non tamen ex parte modi significandi , quem dialecticus attendit . Nota 2. subiectum , & praedicatum debere esse idem re , voce , & ordine ; ideoque istæ non sunt


Sunt oppositæ: *Omnis gallus habet alas*, *aliquis gallus non habet alas*; nam subiectum in re non est idem; nec istæ: *Aqua cadit, limpha non cadit*, quia subiectum non est idem voce; nec etiam istæ: *Omnis equus currit*, *aliquid currens non est equus*, quia subiectum, & prædicatum collocantur diverso ordine in una, ac in alia.

5 Nota 3. extrema debere vñiri eadem copula pro eodem tempore, & loco, & cum eadem determinatione; quare istæ non opponuntur: *Equus currit, equus non currebat*, quia sunt pro diverso tempore, & distincta copula constant; nec istæ *Petrus Roma legit, Petrus Matriti non legit*; nam sunt pro diverso loco; nec istæ: *Homo feruide orat, homo tepide non orat*, quia determinatio non est eadem in utraque. Nota 4. servandas esse easdem proprietates terminorum; ideo istæ non opponuntur: *Homo est vox, nullus homo est vox*, quia mutatur suppositio de materiali in formalem, & est idem de qualibet alia mutatione suppositionis. Excipe tamen suppositionem provenientem à quantitate propositionum; hæc enim in contradictorijs, & subalternis mutatur. Nec istæ sunt oppositæ: *Homo legebat, homo non leget*, quia variatur ampliatio; nam in prima

accipitur pro homine , qui est , vel fuit , in se-
cunda pro homine , qui est , vel erit , & ita
possunt esse simul veræ , aut falsæ . Tandem istæ
non sunt oppositæ : *Homo legit , homo albus*
non legit , quia in secunda , *homo* restringitur ,
non autem in prima . Non tamen tollit oppositione , si solum varietur restrictio prove-
niens à signis quantificantibus propositionem , vt in his : *Omnis homo est albus , ali-*
quis homo non est albus , esto ly *homo* in
prima ad plura se extendat , quam in se-
cunda . Hæc omnia unico verbo compre-
henduntur , scilicet , vt sola variatio sit
in qualitate , aut quantitate propositionum ,
in reliquis vero sint prorsus uniformes .

6 Ut autem præ oculis habeas mo-
dum conficiendi oppositiones , si-
ve proprias , & rigorosas , sive
improprias , sequen-
tem contemplare
tabellam .





In hac figura propositio designata per A, quæ est universalis affirmativa opponitur contradictroriæ propositioni designatæ per O, quæ est particularis negativa; pariter universalis negativa designata per E, & particularis affirmativa designata per I. Duæ vero universales designatæ per A, & E, opponuntur contrariæ: & duæ particulares per I, & O, designatæ, subcontrariæ sunt. Denique A, & I, opponuntur subalternæ; & idem de propositionibus designatis per E, & O.

Si vis alias contradictorias efformare, ut faciunt quidam, disponere poteris contradictorias de loco sic: *Vbi*que homo currit; nullib*i* homo currit; alicubi homo currit; alicubi homo non currit; ponendo ly ubique, loco omnis, ly nullib*i*, loco nullus, ly alicubi, loco aliquis, & alicubi non, loco aliquis non. Si vis efficere contradictorias de tempore, sic ordina: Semper homo currit; nunquam homo currit; aliquando homo currit; aliquando homo non currit. Tandem de signis uterque, neuter, &c. sic: Vterque homo currit; neuter homo currit; alter homo currit; alter homo non currit. De quibus omnibus eodem modo discurrendum, ac de tabula iam ostensa. Vide illas apud Pat. Quicquid hic,

CAPUT IX.

De legibus predictarum oppositionum.

I **P**rima lex: Contradictoriæ num-
quam possunt esse simul veræ, aut
simul falsæ, sed una debet esse vera, & altera
falsa in omni materia. Probatur hoc: Lumine
naturæ constat hoc principium: *Quodlibet est, vel*
non est, sicut, & istud: Imposibile est, idem simul
esse, & non esse; sed si duæ contradictoriæ essent
simul veræ, idem simul esset, & non esset; &
si essent simul falsæ, aliquid nec esset, nec non
esset: ergo duæ contradictoriæ non possunt
esse simul veræ, aut simul falsæ. Minor pro-
batur quo ad primam partem: si hæc esset vera:
Aliquis homo est albus, & etiam ista: Nullus
homo est albus; iam ille aliquis homo esset albus,
& non esset albus; esset, quia sic supponitur
ad veritatem particularis; non esset, quia ubi
nullus homo est albus, non potest aliquis ho-
mo esse albus; alias non esset vera universalis;
ergo idem esset, & non esset.

Quoad secundam partem probatur: Quia
si hæc universalis: *Nullus homo est albus* esset
falsa, tunc esset verum, quod aliquis homo sit
albus

albus, & si hæc: *Aliquis homo est albus* esset falsa, tunc erit verum, quod *alquis homo*, v. g. *Petrus non sit albus*: ergo idem *alquis homo erit albus*, & non *albus*: sed ex hoc sequitur, esse falsum, quod *sit albus*, & non *albus*; nam ex quo non *sit albus*, sequitur, esse falsum, quod *sit albus*; & ex quo *sit albus*, sequitur, esse falsum, quod non *sit albus*: ergo falsum est, quod non *sit albus*, & falsum est, quod *sit albus*: ergo nec *est albus*, nec non *albus*; & consequenter idem nec *est*, nec non *est*.

2 Secunda lex: Contrariæ in nulla materia possunt esse simul veræ, possunt tamen esse falsæ in materia contingentia. Probatur primum: Si duæ contrariæ essent simul veræ, duæ quoque contradictoriæ essent simul veræ; sed hoc est impossibile: ergo. Probatur maior. Si istæ essent veræ: *Omnis homo est albus*: *nullus homo est albus*; omnes particulares sub illis contentæ essent veræ: ergo erit verum quod *alquis homo est albus*; sed ista est contradictionis huius: *nullus homo est albus*, quæ supponimus veram: ergo duæ contradictoriæ essent simul veræ. Idem dic de universalis affirmativa, & particulari negativa. Secundum clare constat in his: *Omnis homo est albus*: *nullus homo*

est albus; si enim dentur aliqui homines albi; & aliqui homines non albi, falsa erit utraque: in materia tamen necessaria, & impossibili non possunt esse simul falsæ, quia in his prædicatum, vel convenit omnibus inferioribus, vel nulli; & sic, vel omnia inferiora sunt talia, vel nullum est tale.

3 Tertia lex: Subcontrariæ possunt esse in materia contingentis simul veræ. Ratio est; quia cum subiectum non sit idem ex dictis, potest prædicatum, v. g. albedo convenire unius, & non alteri. Non possunt tamen esse simul falsæ; nam si ambæ particulares essent falsæ, tunc universales contrariæ essent falsæ; nam particulæ falsa reddit falsam universalem sub qua continetur: ergo tunc omnes quatuor propositiones essent falsæ; sed ex hoc sequitur, duas contradictiones esse falsas; ut patet conferendo particularem affirmativam cum universalis negativa, & particularem negativam cum universalis affirmativa: ergo.

4 Quarta lex: In subalternis, si universalis est vera, etiam particularis est vera in omni materia; at in materia contingentis, si particularis est vera, non ideo universalis est vera; nam ex quo unus homo sit albus, non sequitur, omnem hominem esse album; in materia vero necesse

necessaria, particularis vera infert univ ersalem veram, sed non ex vi formae, sed ratione materie. Si vero universalis est falsa in materia contingenti, non ideo particularis est falsa; sed si particularis est falsa reddit falsam universalim. Ratio utriusque est; quia licet sit falsum, omnem hominem esse album, non tamen erit falsum, aliquem hominem esse album, bene tamen, è contra. Oppositum contingit in materia necessaria, & impossibili, sed hoc præcise ratione materiali ut diximus.

5 Omnes istæ leges deserviunt pro omnibus oppositis, quia versantur circa qualitatem. Sed pro oppositis de modo enunciandi præter has leges debet combinari quantitas eo modo, quo in tabella notatur. Pro quo advertendum, quatuor esse signa quantitatis propositionum, nempe, *omnis*, *nullus*, *aliquis*, *aliquis non*. Ex quibus *omnis*, & *nullus* sunt universalia, & explicant contrarietatem; *aliquis*, & *aliquis non* sunt particularia, & subcontrarietatem designant; *omnis*, & *aliquis*, *nullus*, & *aliquis non* explicant subalternationem; tandem *nullus*, & *aliquis* contradictionem præferunt inter se, sicut *omnis*, & *aliquis non*. Si plura cupis, lega Bayon. & Froyl. hic.

CAPUT X.

De equipollentia propositionum non modalium.

1 **S**ecunda proprietas, seu affectio propositionis est *equipollentia*, quæ lato modo sumpta, reperitur inter omnes illas propositiones, qnæ habent eundem sensum, ut *homus currit*, *animal rationale currit*: Similiter universales, & singulares acceptæ copulativè. In præsenti agimus de æquipollentia, qua duæ propositiones eodem constantes subiecto, & prædicato redduntur æquipollentes ratione negationis, diverso modo collocate. Definitur ergo sic: *Duarum propositionum oppositarum equivalentia quoad sensum, alicuius negationis intervenit.* Quæ autem propositiones, & quomodo æquipollentes fiant denotat hic versus.

Præ contradic. Post contra; Præ postque subalter.

2 *Præ contradic.* denotat, quæ negatio præposita signo, & subiecto propositionis, reddat illam suæ contradictoriæ æquipollentem;

tem; hæc enim sunt contradictoræ: *Omnis homo est doctus;* *aliquis homo non est doctus;* prima sit æquipollens secundæ, si negationem præponas, & non *omnis homo est doctus;* & secunda æquipollit primæ, sic negationem præponendo: *Non aliquis homo non est doctus.* Eodem modo sunt æquipollentes istæ: *Nullus homo est albus;* *aliquis homo est albus;* quia hæc: *Nullus homo est albus,* æquipollit huic: *Aliquis homo est albus,* dicendo: *Non nullus homo est albus;* & ista, *non aliquis homo est albus,* idem valet, ac *nullus homo est albus.* Immo ita sunt æquipollentes propositiones contradictoræ de subiecto singulari; nam hæc: *Non Petrus est sapiens,* æquipollit isti: *Petrus non est sapiens;* & ista: *Non Petrus non est sapiens,* sit æquipollens huic: *Petrus est sapiens.* Et ratio est, quia in æquipollentia ly non sumitur neganter, & non infinitanter: ergo cum negatio negans sit malignantis naturæ, que quidquid post se invenit, destruit, & eius oppositum reddit, præposita cuilibet contradictoriæ totam eius oppositionem destruit, & reddit illam æquipollentem, dum oppositum oppositis reddit.

3. Post contra, designat, quod propositiones contrariæ sunt æquipollentes, dum subiecto eorum postponitur negatio; nam istæ: *Omnis homo est currens;* *nullus homo est currens,*

Sunt contrarię; & ista *omnis homo non est currēns* ἐquipollet huic: *Nullus homo est currēns*; & hęc: *Nullus homo non est currēns*, ἐquipollet isti: *omnis homo est currēns*. Et nota, quod hęc doctrina solum tenet in contrarijs de lege, & modo enunciandi simul, non autem in contrarijs de lege tantum, & ratio est; tum, quia ἐquipollentia est equivalentia duarum propositionum; & iste: *Omnis homo est albus*, hic *homo non est albus*, quę sunt contrarię de lege & anum non possunt ita disponi, ut una ἐqui-
leat alteri: tum, quia si negatio postposita subiecto huius: *Hic homo non est albus*, facie illam ἐquipollentem huic: *Omnis homo est al-
bus*, non essent duæ contrarię, sed duæ con-
tradictorię; nam *omnis homo non est albus*, est idem ac: *Nullus homo est albus*, quę
contradictorię opponitur cum ista: *Hic homo
est albus*. Nota etiam, quod ut in contrarije de modo, & lege enunciandi simul teneat
æquivalentia, debet in utraque dari distributio completa absque aliqua restrictione; qua propter, iste non sunt ἐquipollentes, *omnis homo
albus currit*, *nullus homo currit*, licet cuilibet
earum negatio postponatur: ut ex se patet.

4 *Præpostique subalter.* Significat subal-
ternas fieri ἐquipollentes, quando subiecto
illatum præponitur, & postponitur negatio;

nam

nam non omnis homo non est iustus sit aequipollens subalterne, quæ est, quidam homo est iustus, & ista: non quidam homo nō est iustus equipollit subalternanti, quæ est: omnis homo est iustus. Et ratio est, quia duplex negatio affummat: ergo si subiecto cuiuslibet propositionis anteponatur, & post ponatur negatio, propositione affirmativa remanet affirmativa, & propositione negativa remanet negativa; & cum negatio p̄ponatur signo propositionis, si est univ ersale, redditur particulare, & si est particulare redditur universale,

5 Subcontrariæ verò interventu alicuius negationis adverbialis non sunt aequipollentes. Et ratio est, quia aequipollentia interventu negationis adverbialis sit, aut p̄ponendo negationem subiecto illarum, aut postponendo, aut p̄ponendo, aut postponendo simul. Sed subcontrariæ, v.g. istæ: *Aliquis homo est doctus, alius homo non est doctus*, non sunt aequipollentes p̄ponendo, aut postponendo, aut p̄ponendo, aut postponendo simul negationē subiecto eā rū, quia si p̄ponatur negatio, dicendo: *non aliquis homo est doctus*, tunc aequipollit contradictriae, scilicet, *nullus homo est doctus*; si verò negatio postponatur dicendo: *aliquis homo non est doctus* non sit aequipollens, sed eadem omnino cum alia

alia sub contraria; si preponatur, & postponatur simul, dicendo: *Non aliquis homo non est doctus* æquipollit sub alternanti, scilicet, *omnis homo est doctus*, non tamen subcontrariè: ergo interventu alicuius negationis non fiunt æquipollentes. Itaque poterunt fieri æquipollentes per secundam copulam postponendo negationem non adverbialiter, sed nominaliter; v.g. *aliquis homo nullum est album* æquivalet huic: *aliquis homo non est albus*; & ista: *aliquis homo non nullum est album* æquivalet isti: *aliquis homo est albus*. Vide Mast. de hac re, in qua, quia est parvi momenti non licet immorari. Ut autem melius æquipollentiam per calleas, & quomodo signa inter se æquivaleant, sequentia Dialectici inventerunt carmina:

*Non omnis: quidam non; omnis non,
quasi nullus.*

*Non nullus, quidam; sed nullus non;
valeat omnis.*

*Non aliquis, nullus; non quidam non;
valeat omnis.*

*Non aleter, neuter; neuter non
præstat uterque.*

C A P U T X I .

De conversione propositionum non modalium.

1 **C**onversio, tertia propositionum proprietas valde utilis est ad reducendos syllogismos imperfectos ad perfectos. Definitur sic: *Consequentia formalis unius propositionis ad aliam per transmutationem extreorum servata eadem qualitate.* Prima propositio, quæ gerit vicem antecedentis dicitur *convertibilis*; secunda, quæ gerit vicem consequentis, dicitur *convertens*. Ly per transmutationem extreorum denotat, subiectum convertibilis mutandum esse in prædicatum, & prædicatum in subiectum convertentis. Ly servata eadem qualitate explicat, convertentem debere esse eiusdem qualitatis cum conversa, id est, affirmativa, aut negativa sicut illa.

2 *Conversio est tr'plex, simplex, per accidens, & per contra positionem.* Simplex est mutatio unius propositionis in aliam, eadē qualitate, & quantitate servata, & in his est mutua consequentia unius ad aliam. Hoc modo convertuntur universalis negativa, ut nullus homo est albus: ergo nullum album est homo; & parti-

cu-

cularis affirmativa: ut *aliquis homo est iustus*: ergo *aliquid iustum est homo*; indefinita negativa in materia repugnantia, & affirmativa in materia contingens.

3 Conversio per accidens est mutatio unius propositionis in alteram, variata quantitate. Dicitur per *accidens*, quia mutatur quantitas, que est *accidens propositionis*, ita ut si una sit universalis, altera sit particularis, & è contra. Hoc modo convertuntur universalis negativa, & affirmativa, ut *omnis homo est albus*: ergo *aliquid album est homo*; *nullus homo est albus*: ergo *aliquid album non est homo*. Ex quo constat, hic non dari mutuam consequiam; valet enim à conversa ad conversionem, sed non è contra.

4 Conversio per contrapositionem est mutatio unius propositionis in aliam, servata eadem qualitate, & quantitate, & mutatis terminis finitis in infinitos. Isto modo convertuntur universalis affirmativa, & particularis negativa; ut *omnis homo est albus*: ergo *omne non album est non homo*; *aliquis homo non est albus*: ergo *aliquid non album non est non homo*.

5 Pro maiori claritate conversionum, hæc à Dialecticis assignantur carmina:

Afferit A, negat E, sunt universaliter ambo

Afferit I, negat O, sunt particulariter ambo.

Ubi,

Ubi, *A*, denotat propositionem univ ersalem affirmativam; *E* univ ersalem negativam, *I*, particularem affirmativam, *O*, particularem negativam. Quarum conversiones explicantur eisdem litteris, formatis quibusdam dictionibus, scilicet *Feci*, *Eva*, *Asto*, his versibus:

Simpliciter Feci, convertitur Eva per acci.

Asto per contra, sic fit conversio eva.

i Nota litteras vocales, & conversionem intelliges. *Feci* denotat univ ersalem negativam, & particularem affirmativam signatas per litteras *E*, & *I*, converti simpliciter. *Eva* ostendit univ ersalem negativam, & affirmativam signatas per *E*, & *A*, converti per accidens; *Asto* indicat univ ersalem affirmativam, & particularem negativam signatas per *A*, & *O*, convertendas esse per contrapositionem.

Prædictæ regulæ conversionum intelligendæ sunt ex vi formæ, ita ut teneant in omni materia; non tamen ratione materiæ determinatae; sic enim univ ersalis affirmativa potest converti simpliciter, ut *omnis homo est rationalis*: ergo *omne rationale est homo*. Quæ in alia materia non tenet; ut *omnis homo est albus*: ergo *omne album est homo*. Pariter intelligendæ sunt, servatis terminorum proprietatibus; quare ista non tenet: *hic puer erit senex*; ergo *hic senex erit puer*,
quia

quia puer in prima ampliatur pro puerō , qui est, vel erit; & in secunda restringitur pro eo, qui erit determinatē. Nec ista: *Aliquod generans est essentia Divina: ergo essentia Divina est generans;* quia in prima ly generans accipitur substativē, & in secunda adiectivē. In his autem: *Deus factus est homo ergo homo factus est Deus;* non tenet conversio secundū Thom. dicunt enim, quod ly factus in prima appellat suprà naturam humanam, & in secunda suprà divinam ; tenet tamen secundum Scotistas , quia utraque propositione est Vera , apud Subr. Doct. in 3. dist. 7. quæst. 2. de quibus in Theologia.

C A P U T XII.

De modalibus.

Pro huius implexæ materiæ intelligentia, notandum primo , quod modus ut sic : *Est determinatio adiacens rei , id est, determinans , & coartans significationem, aut suppositionem eius, in quo sensu propositio modalis diffiniatur sic: Est in qua non solum predicatum enuntiatur de subiecto sed etiam exprimitur modus , quo de illo dicitur,* Sed quia modus est duplex, alter modificans tantum extre-

ma propositionis, ut homo iustus ambulet, equus
velociter currit. Petrus dicit in peccatu perman-
sir. Alter vero modificat totam propositionem,
seu unionem prædicati ad subiectum, ut Petrus
necessario est animal; id est in hoc duplice sensu,
poterat dici propositio modalis. In præsenti
loquimur de modali in secundo sensu, scilicet
de modali, quæ habet modum compositionem
determinantem.

2. Modi autem sex apud Perrum Hispanum numerantur, scilicet, Possibile, Impossi-
ble; Necessarium, Contingens, Verum, & Fal-
sum; sed quia duo ultimi nihil addunt supra
propositionem deinesse; idem enim est dicere:
hominem esse animal, est verum, ac dicere: homo
est animal; id est de quatuor primis tantum Dia-
lectici mentionem faciunt; immo in rigore tan-
tum tres modi numerantur, quia contingens, &
possibile idem sonant; non enim sumitur possi-
ble pro non repugnanti; sic enim convenit
modo necesse, cum necessarium etiam sit possi-
ble, sed pro eo, quod potest esse, & non esse.

3. Notandum 2. Modum posse sumi, ut
adiectivum, ut adverbium, & ut substantivum.
Adiectivè determinat, vel subiectum, vel præ-
dicatum; ut Deus est ens necessarium; res contingen-
gens est creatura, & sic constituit puram deinesse,
non

non modalem. Adverbialiter sumptius est me-
ra determinatio copulae & non constituit præ-
dicatum, ut *Petrus possibiliter currit*. Substan-
tivè autem ponitur, cum ita afficit totam pro-
positionem, ut illam constituat subiectum de
verbo infinitivi modi, & ipse cum alia copula
finita sit prædicatum; ut *Petrum legere est possi-
ble; necessum est, equum esse animal*. Et parum
refert, quod modus anteponatur, vel postpo-
natur copulae, quia semper gerit vices prædi-
cati, cuius subiectum est illa oratio imperfec-
ta, scilicet, *Petrum legere, equum esse animal*;
& appellatur dictum. De his ergo agimus in
præsenti; nam de modalibus aliis somptis dis-
currendum est, sicut de non modalibus. His
notatis.

4. Propositio modalis stricta, ut hic de illa
agimus est, in qua modus, ut prædicatum deter-
minat convenientiam prædicati ad subiectum. &
illam principaliter importat. Per hanc defini-
tionem differt propositio modalis à proposizio-
ne de inesse; nam hæc absolute, & sine modifi-
catione significat convenientiam prædicati ad
subiectum. Differt etiam à propositione de mo-
do adiective, & adverbialiter sumpto; ab isto
quidem, quia tunc modus non prædicatur, ut
in ista: *Petrus possibiliter currit*; ab illo autem,
quia

quia licet predicitur, non tamen determinat convenientiam extreorum; atque ideo in modali rigorosè sumpta modus simul est praedicatum, & determinat convenientiam extreorum, & talem convenientiam principaliter importat, quia in tali propositione copula principialis est copula modi.

5 Hæc propositio modalis est quadruplex iuxta numerum modorum, scilicet, alia de *necessitate*, alia de *impossibili*, alia de *contingenti*, & alia de *possibili*. Sed advertendum maxime, quod propositio modalis in quacumque materia formetur, semper est, aut necessaria, aut impossibilis. Si est vera, est necessaria; si falsa, impossibilis; ideoque licet materia sit contingens, nulla tamen propositio contingens est. V.g. hæc propositio: *Contingens est, hominem currere, est omnino necessaria*, quia tam necessarium est eorum homini contingenter convenire, ac est necessarium, hominem esse animal. Itaque prima divisio propositionis modalis est in *necessariam*, & *impossibilem*.

6 Pro alijs divisionibus notandum est; in modalibus quantitatem, & qualitatem ex duplice capite attendi posse, scilicet, ex *dicto*, & ex *modo*. *Dictum* est illa oratio imperfecta, v.g. *Petrus currere*; *modus* est, v.g. *necessare*, *possibi-*

le. Et quia contingere potest , dictum non esse eiusdem quantitatis , aut qualitatis cum modo; quia potest dictum esse particulare , & modus universalis ; vt aliquem hominem esse animal est *necessere* ; & similiter dictum esse affirmativum , & modum negativum. V.g. *Petrum currere est impossibile*, aut è contra; & denique dictum esse verum , & modum falsum , vt *hominem esse animal est contingens* ; ideo propositio modalis dicitur talis secundum quid à dicto , & simpliciter à modo. Quo notato.

7 Propositio modalis rursus dividitur in veram , & falsam. Modalis vera est, in qua modus convenienter applicatur dicto , vt *Petrum esse animal est necessere*. Modalis falsa est illa , in qua modus convenienter non applicatur dicto , vt *Petrum currere est impossibile*. Debet igitur attendi materia,in qua fit propositio,& dictum, cui modus applicatur , ad cognoscendam veritatem,aut falsitatem. Item dividitur propositio modalis in affirmativam , & negativam ; affirmativa est , in qua modus affirmatur de dicto; negativa, in qua modus de dicto negatur. Ratio utriusque est : quia in his copula modi est principalis , & ab ista sumitur veritas, falsitas, affirmatio , & negatio propositionis. Ex quo colliges , modalem posse esse affirmativam de dicto,

dicto, & negativam de modo, aut è contra; & similiter veram de modo, & falsam de dicto, aut è converso.

8 Ulterius modalis dividitur in universalem, & particularem. Universalis est, quæ constat modo universalí, particularis autem, quæ constat modo particulari. Modi universales sunt *necessæ*, & *impossibile*, particulares vero sunt *possibile*, seu *contingens*, *possibile non*, seu *contingens non* iuxta hos veritulos:

Omnis necessæ valet; impossibile nullus;

Possibile quidam; quidam non possibile non.
Idest, *necessæ* est signum universale affirmativum, sicut *omnis*; *impossibile* universale negativum, sicut *nullus*; *possibile*, aut *contingens* particulare affirmativum, sicut *quidam*, vel *aliquis*; *possibile non*, vel *contingens non* particulare negativum, sicut *aliquis non*, *quidam non*.

9 Tandem modalis dividitur in compositam, & divisam. Composita est, quæ facit sensum compositum, divisa est, quæ facit sensum divisum. Sed quia hinc pendet intelligentia gravissimarum difficultatum in materia de Auctorijs, Prædestinatione, &c. Ideo sciendum est, sensum propositionis alium esse compositum, & alium divisum; quod egregie explicant Complutenses, & noster Maisterius hic. Sensus com-

positus propositionis modalis est, quando vniūtur extrema dicti secundum significata formalia; v.g. *Sedentem currere est impossibile*, in qua sensus est, quod sedens manens sic, currat, aut sessio, & cursus simul sint in eodem subiecto. Cuius ratio est: quia quando modus est prædicatum, tunc totum dictum verè est subiectum, & consequenter de partibus dicti simul sumptis, & per modum vnius prædicatur modus. Sensus divisus est, quando propositio vnit extrema dicti, non secundum significata formalia ipsorum, sed vnit significatum formale dicti cum materiali subiecti, ut *album possibiliter est nigrum*; in hac enim modus afficit solam copulam, & non totam propositionem; ideoque denotat modum convenire subiecto, non ipsis formalibus prædicati, & subiecti simul; id est applicatur possibilitas nigredinis, non albedini, sed subiecto albedinis; & sensus est, rem illam, quæ est alba, posse esse nigram.

20. Igitur propositio modalis composita est, in qua modus nominaliter substantivus se habet ut prædicatum, & dictum ut subiectum, ut *cacum videre est possibile*. Modalis divisa est, in qua modus adverbialis determinat copulam, ut *sedens possibiliter currit*; sic enim modus interponitur prædicato, & subiecto dicti; & con-

sequenter non sit integrum prædicatum, sicut
in modali composita. Unde constat i. modali-
les, de quibus determinatè loquimur, semper
facere sensum compositum, & consequenter if-
tæ propositiones: *Prædestinatum condemnari est*
impossibile: reprobum salvare est impossibile, sunt
veræ, & absolutè concedendæ, quia in rigore
logico faciunt sensum compositum; si autem
aliquando distinguuntur, non servatur rigor
logicus, quem magis expedit omittere, quam
rudiiores in tam gravi materia deturbare. Un-
dè displicet Froylanus asserens, posse moda-
lem facere sensum divissum, si modus nominati-
onis mediat inter partes dicti, ut si dicas: *Al-
bum, possibile est, esse nigrum.* Displicet in-
quam, quia talis mediatio merè localis, &
materialis est; logicè enim semper gerit vices
prædicati, & est eadem cum ista: *Al-
bum esse nigrum, est pos-
sibile.*




C A P U T X I I I .

De Oppositione, equipollentia, & conver-
sione modalium.

EX comparatione modalium ad invicem resultant proprietates oppositionis, æquipollentiae, & conversionis, sicut ex comparatione simplicium inter se. Incipiendo ergo ab oppositione propositionum modalium, dicimus, non esse speciem difficultatem de ipsis, ac de propositionibus simplicibus. Comparantur enim modi in his propositionibus signis sufficientibus propositiones simples. Vnde sicut omnis, & nullus opponuntur contrariæ, quia sunt signa universalia; ita necesse, & impossibile, & sicut omnis, & aliquis, & nullus, & aliquis non subalterne opponuntur; sic patiter necesse, & possibile, seu contingens, & impossibile, & possibile non, seu contingens non. Item, sicut omnis, & aliquis non, nullus, & aliquis sunt opposita

sita contradictoriè ; ita *necesse* , & *possibile non* , seu *contingens non* , & *impossibile* , & *contingens* , seu *possibile*. Denique si-
cūt *aliquis* , & *aliquis non* subcontrarian-
tur ; sic etiam *possibile* , seu *contingens* , &
possibile non , seu *contingens non* sunt
modi oppositi subcontrariè. Quæ
omnia sequens figura de-
monstrat.





Circa conversionem modalium, dicimus generaliter loquendo, convertendas esse ex parte dicti, non autem ex parte modi; id est, subiectum dicti debet mutari in praedicatum, & praedicatum in subiectum, servatis omnibus, quæ circa conversionem simplicem diximus: v. g. hec propositio: *Aliquem hominem disputare est contingens*, sic debet converti: ergo *aliquid disputans esse hominem, est contingens*. Ratio est, quia dictum, scilicet, *hominem disputare*, est particulare affirmativum; proposicio autem particularis affirmativa debet converti simpliciter iuxta illud: *simpliciter secundum supra explicatum*. Excipe tamen ab hac regulâ propositionem modalem, cuius dictum est universale affirmativum, modus autem negativus; & insuper subiectum dicti est superiorius praedicato; nam talis proposicio non potest converti; nec ex parte dicti, nec ex parte modi, ut videtur in hac: *omne animal esse hominem, est impossibile*, quæ nequit in hanc converti: ergo *aliquem hominem esse animal, est impossibile*; prima enim est vera, & secunda falsa. Excipe etiam propositiones factas in *necessitate* habentes pro praedicato dicti aliquod concretum accidentale; v. g. hec propositio: *Necessitatem, grammaticum esse hominem, quæ non*

non bene convertitur sic: *Aliquem hominem esse grammaticum est necesse*; itaque convertitur bene, mutando *ly* *necesse* in *ly possibile* sic: *Aliquem hominem esse grammaticum, est possibile*. Idem dic de hac propositione: *Grammaticus necessario est homo*; quam male convertes dicendo: *Ergo homo necessario est grammaticus*; bene autem si dicas: *Homo possibiliter est grammaticus*.

3 Loquendo de æquipollentia modalium, nulla est specialis differentia; sunt enim æquipollentes eodem modo, ac simplices. Itaque memoria retine explicationem illius carminis: *Præcontradic.* &c. & facile æquipollentiam conficies, scilicet, *præposita*, vel *postposita*, vel *præposita*, vel *postposita* simul negatione modo; notando tamen, quod in propositionibus modalibus illa negatio dicitur *postposita* modo, quæ in dicto includitur, sive dictum præponatur, sive postponatur modo. Ut autem facile percipias, quæ propositiones modales æquipolentes sint, quæ autem oppositæ, & quo genere oppositionis, quatuor dictiones à Dialecticis inuenientur, scilicet, *Purpurea*, *Illiace*, *Amavimus*, *Edentuli*; ubi quatuor vocales inveniuntur, scilicet A, E, I, V, ex quibus A significat propositionem affirmati-

mativam de dicto, & de modo. V negativam de vitroque. E negativam de dicto, & affirmativam de modo; I, negativam de modo, & affirmativam de dicto iuxta sequens carmen.

*E, dictum negat, I, que modum, nihil A;
sed, V, totum.*

4. Quælibet dictio ex suprà positis quatuor habet vocales iuxta numerum modorum. Prima vocalis designat propositionem de posibili; secunda de contingenti; tertia de impossibili; & quarta de necesse, quæ dictiones, ut figura oppositionis stabilierunt, in quatuor disponuntur angulis; *Purpurea*, & *Illiace* in duobus superioribus: *Amavimus*, & *Edentuli* in duobus inferioribus ponuntur. Omnes enim propositiones, quæ sunt in *Purpurea*, & *Illiace* opponuntur contrariè; quæ autem in *Amavimus*, & *Edentuli* subcontrariè; quæ in *Purpurea*, & *Edentuli* contradictriciè; & eodem modo, quæ in *Illiace*, & *Amavimus*; quæ in *Purpurea*, & *Amavimus*, atque in *Illiace*, & *Edentuli* opponuntur subalterne. Tandem propositiones in qualibet dictione efformatae sunt equipollentes inter se. Quæ omnia sculpta videbis in sequenti tabula.

Pur	Petrū non currere non est possibile.
pu	Petrū non currere non est contingēs.
re	Petrū non currere est impossibile.
a.	Petrū currere est necessē.

Cōtrar.

Petrum currere non est possibile.	Il
Petrum currere non est contingēs.	li
Petrum currere est impossibile.	a
Petrū non currere est necessē.	ce

Subalterne.

CONTRA.

CONTRA-DIC-TORIE.

TORIE.

Subalternoꝝ.

A	Petrum currere est possibile.
ma	Petrum currere est contingens.
vi	Petrū currere nō est impossibile.
mus	Petrū non currere non est necessē.

Subcōt.

Petrū nō currere est possibile.	Ed
Petrū nō currere est contingens.	en
Petrū nō currere nō est impossibile.	tu
Petrum currere non est necessē.	li

5 Hactenus loquuti sumus, de modalibus in quibus dictum est singulare. Ut autem recte fiat tam æquipollentia, quam oppositio in propositionibus modalibus de dicto communi, nota, quod si in tribus prioribus modis, scilicet, possibile, contingens, impossibile dictum fuerit univ ersale, in propositione de *necessitate* fiat particulare. Si autem in tribus particulare fuerit, in propositione de *necessitate* fiat univ ersale, alias duas contradictoriæ essent simul veræ, ut patet hoc exemplo: conficiamus enim in *Purpurea* hanc propositionem: *Aliquod animal esse hominem, est necessare*, quæ quartæ litteræ, scilicet A correspondet; deinde iuxta primam litteram dictionis *Edentuli*, scilicet E, formemus istam: *Aliquod animal non esse hominem, est possibile*; ecce duas propositiones simul veras in dictionibus contradictorijs, scilicet, *Purpurea*, & *Edentuli*; hoc autem inconveniens vitabitur, si in altera exprædictis propositionibus mutetur quantitas dicti, tunc enim altera erit vera, & altera falsa.

6 In fine rogabis: Quomodo propositio modalis reducenda sit ad suam de *in esse*? Respondetur, reducendam esse per suam officiam; est autem propositio officians, in qua dictum modalis affirmatur per ynam cathego-

ricam , & de illa cathegorica de *in esse* per aliam modalem affirmatur modus. Loquendo ergo de modalibus compositis, non vrget difficultas; immediate enim ad suam officiantem reducuntur. V. g. ista propositione: *cæcum esse videntem, est possibile*, reducitur adhanc officiantem: *Cæcus est vides, est propositio possibilis*. Ubi licet utraque sit falsa, utraque facit sensum compositum, & ab una ad aliam est mutua consequentia. Loquendo vero de modali divisa, dicimus, non esse immediate reducibilem ad suam officiantem. V. g. hec propositio: *Album possibiliter est nigrum, non potest sic statim resolvi: Album est nigrum, est propositio possibilis*; sic enim officians facit sensum compositum; sed debet resolvi prius ratione subiecti sic: *Hoc est album, & hoc possibiliter est nigrum: ergo hoc, quod est, album esse nigrum, est propositio possibilis*. De his modalibus non plura; tum, quia non multum utilitas preferunt; tum, quia ipsarum regulæ non adeo firmè sunt, ut contra illas plura nobis non occurant; sed illas omittimus, quia cum pluribus loquimur.



CAPUT XIV.

De Exponibilibus.

Propositiō exponibilis est, quā ratione alicuius termini obscurum implicantis sensum, indiget expositione, id est indiget explicari per aliam, vel alias propositiones; & ideo iste dicuntur *exponentes*, & illa exponibilis. Et hæc est triplex: *Exclusiva*, *exceptiva*; & *reduplicativa*. Exclusiva est, quæ modificatur particula modificante exclusionem. V. g. *tantum*, *solum*, *duntaxat*; qualis est ista: *tantum homo est rationalis*. Possunt autem particulæ determinare subiectum, vel prædicatum; si afficiunt subiectum, excludunt à participatione prædicati quælibet alia subiecta, ut patet in hac: *tantum homo est risibilis*, quæ exponitur per istam: *Homo est risibilis*, & nihil aliud ab homine est risibile. Si vero afficiat prædicatum, tunc distinguendum est; nam si particula est exclusiva numeri, tunc solum excludit à subiecto quodlibet aliud prædicatum numerale. V. g. *elementa sunt tantum quatuor*, denotat elementis numerum quaternum. & non aliud convenire, & exponitur sic: *Elementa*

menta sunt quatuor, & non plura, nec pauciora;

Si verò est exclusiva rei, tunc non bene exponitur, excludendo à subiecto omnia alia prædicata absolute, sed solum illa, quæ distinguuntur sub eodem genere proximo, aut remoto, ut si dicas: *homo est tantum rationalis*, non bene exponitur per istam: *homo est rationalis*. & nihil aliud; sic enim exponens est falsa, cum homo plura alia prædicata habeat, scilicet, risibilitatem, quantitatem, &c. Debet ergo sic exponi: *homo est rationalis*, & non rugibilis, &c. Similiter hæc: *Petrus est tantum grammaticus*, quæ sic debet exponi: *Petrus est sciens grammaticam*, & non aliam facultatem, *Phylosophiam*, &c.

2 Hic advertendum est, quod particula exclusiva, cuicunque extremo coniungatur, nunquam excludit ea prædicata, quæ se habent ut causæ, aut effectus naturaliter connexi, sive etiam connexi ex ordinatione Divina; si enim dico: *homo est tantum risibilis*, non ideo nego prædicatum *creari*, *rationalis*, *quanti*, *figurati*, &c. quia hæc, vel essentialiter, vel saltim naturali connexione supponuntur, & si dico: *Desidero tantum salvationem*, non ideo excludo *gratiam*, *auxilia*, & alia media conducentia ad vitam eternam, sed solum de-

bent

bent excludi prædicata imperitioriter se habentia, quæ nec sunt causa, nec effectus, aut media conducentia ad finem.

3 Exceptiva est, quæ modificatur dictione significante exceptionem, in qua quadruplex reperiitur terminus, scilicet particula excipiens.

V. g. *præter, nisi, excepto : terminus, à quo fit exceptio, pars exceptæ, & terminus exceptus*. ut in ista: *Omne animal præter hominem est irrationale.* *ly præter* est particula excipiens, *ly animal* est terminus, à quo fit exceptio; *ly hominem* est pars excepta; *terminus exceptus* est *irrationale*. Ubi advertendum, quod terminus exceptivus, ut faciat propositionem exceptivam, duo requirit, unum, quod terminus, à quo fit exceptio, supponat universaliter, vel distributivè; unde ista non est exceptiva. *Aliquis homo præter Petrum currit*, quia excipere est, à toto genere partem detrahere; ab eo autem, quod est particulare determinatum, nihil potest detrahi. Alterum est, quod terminus, à quo fit exceptio sub se contineat terminum exceptum; ideo hæc non est exceptiva. *Omnis Angelus præter hunc lapidem est spiritus*, quia *lapis* exceptus non continetur sub Angelo.

4 Reduplicativa est, quæ afficitur aliqua pars.

particula reduplicante sensum prepositionis: particula reduplicativa sunt, ut, in quantum, quatenus, pro ut, & aliæ similes, quæ in propositione possunt accipi propriè reduplicative, specificativè, diminutivè, & restrictivè. De sensu reduplicativo, & specificativo non nihil manet dictum in explicatione terminorum in disputatione occurrentium lib. I. cap. 8. n. 19. Hic addendum est, quod propositio reduplicativa quandoque denotat causam convenientiæ prædicati ad subiectum: ut homo in quantum rationalis, est risibilis, quæ explicatur per causalem sic: quia homo est rationalis est risibilis. Multo tamen vero explicat conditionem talis convenientiæ, ut ignis in quantum applicatus comburit, quæ explicatur per conditionalem ita: si ignis comburit est applicatus.

Quando particula est strictè reduplicativa (ait Subt. Doct. ex I. Prior. cap. 35.) infert universalem, ut si homo in quantum rationalis intelligit; sequitur: ergo omne rationale intelligit. Id tamen dicendum solum est de prædicatis, cum quibus subiectum supponit absolute, non vero quando supponit personaliter, quia ratione non valet: homo in quantum homo est species: ergo omnis homo est species. Sumitur etiam sensus reduplicatus, quando particula

notat

notat, prædicatum esse de concep^tu primario subiecti, vt *homo in quantum homo est rationalis*, cuius sensus est, quod rationalitas sit de conceptu essentiali hominis, seu quod nequeat quidditativè concipi sine rationalitate, & ex hac reduplicativa etiam inferitur universalis.

5 De sensu specifikativo satis est dictum vbi suprà, sicut etiam de diminutivo, & restriktivo, de quibus in proprijs locis. Solum hic advertendum, quod quando forma nata est convenire subiecto secundum omnem partem, si tantum in una parte sit talis forma, non denominat absolutè subiectum, qua ratione Etiops dicitur albus, non absolutè, sed secundum dentes, quia albedo, quæ nata est toti convenire, solum parti convenit. Si vero forma nata sit tantum parti convenire absolutè, subiectum tale denominat, vt *Petrus est crispus*; crispudo enim solum capillis nata est convenire.]

6 Exponibilibus addi solet propositio constans dictione significante differentiam, vt hæc: *homo differt ab equo*; quæ sic exponitur: *homo non est equus*. In quo est advertendum, quod quando differentia, vel distinctio notatur per pronomen *alius*, vel *alter* in terminatione masculina, vel fæminina significat solum differentiam personalem; v. g. *Petrus est aliis*

à Ioanne , Maria est alia ab Antonia ; quando
verò ponitur in terminatione neutra significat
differentiam essentialem , ut cum dico : Petrus
est aliud ab equo : Itaque prima exponitur sic :
Petrus est distincta persona à Ioane . Secunda
sic : Petrus habet distinctionem essentiam ab equo .
Qua ratione hæc est vera , & catholica propo-
sitio : Pater est aliud à Filio ; hęc verò heretica,
& falsa : Pater est aliud à Filio , quia prima
solum denotat distinctionem in persona ; secun-
da verò distinctionem in essentia . Harum ex-
ponibilium , æquipollentiam , conversionem ,
& oppositionem assignant summulistæ quibus-
dam dictionibus , & tabellis , nobis hęc omittere
revisum est , quia plus confussionis , quam utili-
tatis præserunt , si placet , vide illas apud
Quiròs , Palancum , & alios .

C A P U T XV.

De insolubilibus.

Materia hæc nimis ardua , & pa-
rum utilis , à deo Dialectico-
rum cruciat ingenia , ut sapientissimus Soto
post longissimas speculationes difficultate pres-
sus in hæc verba proruperit : *Omnibus pensa-
tis*

ris concedendum est, duas contradictorias esse simul falsas; que verba esto apud metaphysicam falsa, apud prudentes temen non mirabili sunt; quod ut appareat, ad rem accedamus.


2 Sunt aliquæ propositiones se ipsas falsificantes, & simul significantes unum, & eius oppositum; v. g. ista: *nulla propositio est negativa*; ex qua statim contradictione apparet; nam si ita est, tunc ipsa non erit negativa, quod est falsum; & si ita non est, iam etiam ipsa est falsa, cum affirmet, nullam negativam esse. Idem dic de ista: *Omnis propositio est falsa*, & ista: *ego iuro, me non iurare*. De his ergo discordum est cum Sub. Doct. q. 53. Elench. absolute esse falsas, quia simul affirmant de se veritatem, & falsitatem; ac proinde falsæ sunt; nam ut propositio aliqua sit vera, necessum est, quod, quidquid affirmat, sit verum, ut patet in propositionibus universalibus. Et ratio est, quia bonum est ex iuregra causa, malum ex quocumque defectu, veritas autem est de genere boni, falsitas vero de genere mali; ergo sim pliciter, & absolute est falsa propositio, que simul affirmat, & veritatem, & falsitatem.

3 Pro cuius maiori intelligentia nota, ex Pat. Suarez tom. 1. metaph. disp. 8. sec 5. n. 18. omnem propositionem, dum in actu exercito

affirmat, vel negat aliquid de obiecto, etiam implicitè, & quasi reflexè affirmare de se esse veram. V. g. hæc: *Petrus est homo* in implicitè dicit, & *hoc est verum, seu ego sum vera*. Unde cum propositiones insolubiles simul de se affirment veritatem, & falsitatem, unam implicitè, & aliam explicitè, & alias nulla proposicio simul vera, & falsa esse possit, sequitur, quod erunt implicitè falsæ.

4 Hoc, quod diximus, intelligendum est de propositionibus, quæ se ipsas per se immediate falsificant; nam sunt etiam alias, quæ per accidens solum, & posito aliquo casu sunt falsæ, cum alias possent esse veræ. V. g. promittit Petrus Paulo daturum illi equum; si prima proposicio, quam ipse Paulus protulerit, sit vera; supponamus, primam prepositionem, prolatam à Paulo, esse hanc: *Petrus nondabit mihi equum*; hæc proposicio, quæ alias possit esse vera, se ipsam falsificat ex casu posito. De his ergo dicendum est, ex natura rei, & ipsius pacti, aut promisionis debere esse exceptas, quia in tali casu sub intelligitur hæc proposicio: *Dummodo primam, quam Paulus protulerit non sit hoc: Petrus non dabit mihi equum*. Itaque ut hæc proposicio sit vera debet esse pactum nullum, & irritum, & si pactum subsistit, pro-

propositio falsa est, & non debetur equus. Et
huc pertinet pactum illud Protagoræ, Rheto-
ris, & Evathli eius discipuli, vt pro prima
causa, quam iudicaret, solveret præceptor i cen-
tum nummos, vt videri poteris apud Aulum
sellium in Atticis, & Petrum Mexia in Silva de
varia Lectione 1. part. cap. 18.



LIBER III. SUMMULARUM,

DE VERITATE ME-
diata, seu illativa tertiz intelle-
ctus operationi respondentis.

Egimus de pertinentibus ad prim. & se-
cund. intellectus operationem. Nunc
ergo de ratiocinatione agimus, vt pote ad tert.

Specante, quia vero ratiocinatio est perfectissimus modus sciendi, quo ultimo assequitur scientificè veritatem, ideo ut huc completè intelligatur, prius de modo sciendi ut sic, quæ est ratio generica in illo disputare oportet.

CAPUT I.

De modo sciendi.

Modus sciendi definitur sic, est oratio ignoti manifestativa. *Oratio* ponitur loco generis: Ly*ignoti manifestativa* ponitur loco differentiæ, per quod excluditur propositio, quæ esto ignotum manifestet, v. g. huc: *Ponifax obiit solum manifestat ignotum narrativè, enuntiativè, & significativè dicendo, quod est; non autem explicativè, seu declarando quid est*, ut modus sciendi, qui ignotum antea involutum, & implicatum evolvit, & quasi expandit, omniumque oculis distinctè, & explicitè proponit; quod non faciunt nomina, voces, aut proposicio, quia rem confusse solum, & indistinctè manifestant. Hoc bellè explicat Joannes à Santo Thoma hic; ait enim, *manifestum sumi dupliciter: uno modo ut opponitur incognito, &* non

non applicato potentia cognoscendi: qua ratione signa, & propositiones manifestant ignotum applicando obiecta potentias, sed non explicando illa. Alio modo sumitur manifestum, ut opponitur obscuro, seu obscure cognito, qualiter manifestatio sit per aliiquid notius, & magis clarum, quo tollitur obscuritas illa; & sic manifestare ignotum pertinet ad modum sciendi.

z Dices: Modus sciendi non potest definiri: ergo. Probatur antecedens: ut definitio sit bona, debet converti cum suo defnito, id est, unum non debet latius patere, quam aliud; sed modus sciendi latius patet quam ista, & quilibet alia definitio possibilis, cum sit ratio communis definitioni, divisioni, & argumentationi: ergo. Negatur antecedens. Ad probacionem concessa maior, distinguitor minor; latius patet quam haec definitio, & quilibet alia sump' a secundo intentionaliter, concedo minorem; quam haec definitio primo intentionaliter accepta, & quantum ad id, quod significat, negatur minor. Sic enim convertitur cum modo sciendi; eadem enim sunt utriusque predicata, & ut definitio sit bona, non requiritur (immò possibile est) quod induat secundam intentionem definiti si d sufficit, quod idem obiectum & rem manifestet. Di-

3 Dividitur ergo modus sciendi adæquatè in definitionem, divisionem, & argumentationē. Cuius sufficientia patet hac ratione; nam modus sciendi est cratio manifestatiya ignotis; sed quidquid est ignotum de obiecto, manifestatur artificioso modo per definitionem, divisionem, & argumentationem: ergo divisio est adæquata. Prob. minor; nam ignotum vel est complexum, ut *homo* est risibilis, & hoc manifestatur per argumentationem, sic: *Omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis.* Vel tale ignorantum est incomplexum; & ita, si ignoramus essentiam, hæc manifestatur per definitionem, sic: *Homo est animal rationale.* Si ignoramus eius partes, manifestatur divisione, dicendo: *Hominis alia pars est anima, alia corpus;* sed nullum aliud datur ignotum, quod manifestetur; ergo nullus alias datur modus sciendi, qui manifestet.

4 Hæc ergo membra præcisè, & sufficienter dividunt modum sciendi incomparabili; nam hæc tria tantum sunt media apta procedendi ex notis ad ignotum; non enim sola argumentatio procedit ita, sed etiam definitio, & divisio, esto magis nobiliter argumentatio id faciat; nempè via illationis, & discursus aqua Logica dicta est scientia rationalis, & discursivea sump-

sumpta denominatione à nobiliori instrumento,
quod non tollit manifestationē ignoti fieri posse,
& benè componendo per definitionem, & resol-
vēdo per divisionem. Et licet Aristot. i. Post. c. 1.
& alibi loquens de instrumentis sciendi, memi-
nerit tantum syllogismi, & inductionis; id est,
quia ibi loquitur de doctrina discursiva, & de ob-
iecto ignoto complexo, quod solum per discur-
sum manifestatur. Alibi tamen meminit defini-
tionis, & divisionis; immò i. metaph. 48. defi-
nitionem appellat instrumentum, quo omnes
scientiae utuntur. Si autem vellis omnia alia
præter hæc tria appellare instrumenta sciendi
late, & impropriè pro qualcumque norma rectè
intelligendi, non negamus; sed hic loquimur
de modo sciendi propriè pro ratione manife-
stativa ignoti.

C A P U T II.

De definitione.

Definitio est oratio explicans essen-
tiam rei. Quæ desumitur ex
Arist. 2. Post. cap. 10. ubi illam sic definit: *Or-
atio quidquid esse rei significans. Ly oratio ponit
loco generis. Ly explicans essentiam rei est
dif-*

differentia à ceteris modis sciendi; nam divisio explicat quidem essentiam rei per easdem partes materialiter, ac definitio, sed non per easdem formaliter, & eodem modo, idest explicat formalitatem, & respectum separationis intentionalis, & quasi recessus partium à toto; definitio vero formalitatem, & respectum conjunctionis, & quasi accessus earum ad ipsum: argumentatio autem non explicat essentiam, seu naturam rei, sed unum ex alio deducit, ostendendo, aliquam propositionem esse veram, vel falsam. Dissert denique à definitione *quid nominis*, que non naturam rei explicat, sed etymologiam significationis vocum; ut si dicas, quod lapis dicitur sic à ledendo pede, & haec potius ad Rethoricum, quam ad Dialecticum spectat.

2 Quia vero essentia rei multipliciter explicari potest; ideo multiplex quoque definitio est. Et 1. dividitur in essentialem, seu quidditativam, & accidentalem, seu descriptivam. Essentialis est, que datur per partes essentiales, & hoc est duplex, una metaphysica, que datur per proprium genus, & per propriam differentiam metaphysicam; ut cum definatur homo per hoc, quod sit animal rationale. Alia est physica, que explicat essentiam rei per partes physicas.

tas ipsam constituentes; talis est hæc: *Homo est constans corpore, & anima rationali.*

3 Definitio accidentalis, seu descriptiva est, quæ explicat essentiam rei, per aliquid, quod est extra rationem, & conceptum quidditativum eius, & hæc etiam est duplex, alia proprie descriptiva, quæ datur per accidentia propria definiti, ut si dicas: *Homo est animal risibile, vel porticulum, vel disciplinabile.* Alia est impropriæ descriptiva, seu purè accidentalis, quæ datur per accidentia communia quidem, si sumantur seorsim, sed propria si sumantur coniunctim, ut si dicas: *Homo est animal implume, bipes, habens caput erectum.* Cui adiungi potest definitio data per causas extrinsecas, scilicet, efficientem, & finalem, v. g. *Homo est creatus à Deo propter beatitudinem.*

4 Definitio essentialis, seu quidditativa est illa, que datur per ea, quæ sunt de intrinseca quidditate definiti absque admixtione alicuius extranei, ut cum definitur homo per *animal rationale*; talis est definitio quidditativa cuiuslibet substantię complec̄, cuius entitas absolute perfecte, & in se potest concipi sine ordine, seu connotatione ad aliud extrinsecum. Alia est quidditativa per additamentum, & est, in qua ultra partes essentiales definiti, ponitur aliquid

quid extraneum, seu connotatum, ad quod dicit ordinem saltim transcendentalem. Hoc modo definiuntur entitates, non omnino completae, sed essentialiter imperfectae, que proinde ad suam perfectam cognitionem indigent aliquo extrinsecum, ut materia in ordine ad formam, corpus in ordine ad animam, accidentis in ordine ad subiectum. Ubi adverte, quod additamentum, licet sit extrinsecum respectu definiti, quia ille ordo non est essentialis rei, cum plerumque sit absoluta, est tamen essentiale definitioni, quod per illum explicet definitum; alias non esset definitio per additamentum, cum ratio huius constitutiva, & distinctiva sit, tali modo rem explicare.

5 Tres præcipue conditiones bonæ definitionis enumerari solent, ad quas omnes aliæ reducuntur. Prima est, *quod definitio sit clarior suo definito*, id est, quod conceptus obiectivus, in quo definitio consistit, expressius, & clarius repræsentet rem definitam, quam illam explicabat conceptus obiectivus simplici nomini definiti correspondens. Ideoque *animal rationale* est bona definitio hominis, quia conceptus obiectivus his vocibus correspondens explicat essentiam hominis clarius, & expressius, quam conceptus obiectivus correspondens huic voci sim-

simplici homo. Ratio huius conditionis est, quia omnis explicatio debet esse clarior re explicata, alias ignotum per eque ignotum explicaretur, quod est absurdum. Et hinc sequitur, definitum non debere ingredi definitionem; alias idem esset notius, & ignotius se ipso.

6. Secund. *Definitio debet constare genere, & differentia.* Ratio est, quia essentia definiti ex genere, & differentia componitur, & consequenter definitio, quæ rei essentiam explicat, utrumque debet manifestare. Id patet in hac definitione hominis: *Animal rationale*, ubi *animal* est genus, in quo convenit cum brutis, ly *rationale* est differentia, per quam ab eis distinguitur. Ubi duo nota: primum, quod genus, & differentia non debent esse semper rigorosè talia; id enim proprium est definitionis quidditativæ metaphysicæ; sed sufficit, quod definitio constet aliquo supplente vices generis, & differentiæ, idest aliquo prædicato communi, in quo definitum, ut cumque conveniat cum alijs, & alio particulari, seu differentiali, per quod ab alijs differat. Hoc patet in definitione physica hominis, scilicet, *constans corpore, & anima*, ubi ly *corpore* habet vicem generis, quia est determinabile per animam, sicut genus per differentiam; ly *anima* ponitur loco differentiæ.

tiae, quia determinat corpus, sicut genus differentia. Pare etiam in definitione accidentalis, in qua genus, ac differentia propria rigorosè non reperiuntur.

Secundum. Notandum est, rationem communem, seu genus debere esse tale, quod in illo definitum ultimo conveniat cum alijs, id est, debeat esse genus non remotum, sed proximum. Unde male defineretur homo per substantiam rationalem; ratio est, quia inter genus remotum, & differentiam clauduntur multa praedicata, quibus ignoratis, ignoratur simpliciter definitum ea includens.

7 Tertia conditio est: *Quod definitio sit æqualis cum suo definito.* Quod debet intelligi de definitione, & definito obiectivis, id est, de obiectis representatis per conceptus formales definitionis, & definiti. Item debet intelligi de definito proximo, & adæquato; nam definitio, v.g. hæc: *Animal rationale* habet duplex definitum, alterum proximum, quod est ratio communis hominis, in qua omnes particulares convenient; alterum autem remotum, quod est quilibet homo in particulari, scilicet, Petrus, Paulus, &c. Definitio ergo debet esse æqualis, & converti tam affirmativè, quam negative cum definito proximo, non vero cum remoto.

Ex

Ex quo sequitur, definitionem non debere esse diminutam, nec redundantem, id est, quod nec plus, nec minus contineat ex his, que necessaria sunt ad explicandam naturam definiti. Ratio huius est, quia si aliquid defit, definitio non explicabit totam essentiam definiti, & conveniet alijs a definito, ut patet in hac: *Homo est animal mortale*. Si autem est redundans, vel non conveniet omni definito, ut haec: *Homo est animal rationale grammaticum*, vel saltim aliqua particula erit superflua; ut si dicas: *Homo est animal rationale vivens*. Omnia haec unico verbo explicantur: nempe, inter definitionem, & definitum proximum debere esse mutuam consequiam, tam affirmativa, quam negative. V. g. *Est animal rationale: ergo est homo; est homo: ergo est animal rationale*. Non est animal rationale: ergo non est homo, &c. converso.

In fine capituli sciendum est, definitum esse id, cuius essentia per definitionem explicatur. Et quatuor requirit conditiones, ad hoc quod aliquid definiti possit. Prima est, quod sit ens per se unum; nam ens per accidens constat pluribus essentiis completis, que unica definitione non possunt definiri, quia definitio soluta unam naturam, seu essentiam explicat, non plures.

res Sed hæc conditio non prohibet, quod definitum includat aliquid tanquam terminum per se suæ dependentię, ut accidens includit subiectum, relatio suum terminum; hæc enim definiti possunt definitione quidditativa per additamentum; atque ideo conditio debet intelligi; non posse duo entia simul, & in recto per definitionem explicari; bene tamen naturam unius in recto, connotando aliud ens in obliquo.

9. Secunda conditio: *Res definibilis debet esse universalis*; atque ita singularia definiri non possunt. Cuius ratio est, quia singulare solum habet essentiam, & naturam speciei, & nihil esse entia addit singularitas; alias individua inter se essentialiter differunt. Præterquam quod res in singulari sunt contingentes, variabiles, & incertæ; definitio vero debet esse certa, necessaria, & infalibilis, quia est principium, ex quo scientia procedit. Cum quo tamen stat, quod singularitas, vel singulare signatum, seu in communi possit definiri, quia prout sic habet modum, & statum universalis, quod sufficit ut non sit variabile, aut contingens.

10. Tertia. *Res definibilis debet constare genere, & differentia;* id est debet esse resolutibilis in plures conceptus, quia ut ait Doct. Subt.

definitio debet esse oratio longa , exprimens
quid, & quale rei ; nam distinctè per partes ex-
plicat , quod definitum importabat implicitè ,
& consequenter de definito debent formari
plures conceptus,vnus quidditativus,per quem
cum alijs conveniat,& alias qualificativus, pcc
quem ab alijs differat. Vnde transcendentia, &
ultimè differentiæ , cætera que alia irrefabolibja
lia in plures conceptus obiectivos propriè de-
finiri non possunt.

ii Quarta conditio : *Definitum debet esse
univocam;* hoc est debet habere unam rationem
definibilem,in qua omnia inferiora convenient,
quæ per definitionem explicetur. Unde equi-
voca non possunt unica definitione definiri,
quia non convenient in aliqua ratione ipsis
communi. Et hinc emanavit illud commune
proloquium; *Equivoca prius sunt dividenda ,
quam definienda.* Omnia hec licet non possint
rigorosa definitione explicari , bene tamen
aliqualiter definiri possunt definitione
impropria , seu quid no-
minis.



C A P U T III.

De divisione.

Divisio Logica (sic metaphoricè dicta à divisione physica, quæ est separatio partium ante à vnlitarum, ut lignum secatur in suas partes) est oratio totum in suas partes distribuens; id est distribuendo manifestans multiplicatatem, seu confusionem totius. Ly oratio ponitur loco generis. Reliquæ particulæ loco differentiæ, per quas à definitio-
tione; & argumentatione distinguitur; nam definicio explicat, quid res sit, seu rei quiddita-
tem: argumentatio, qualis res sit, seu rei quali-
tatem, divisio verò, quanta res sit, seu quanti-
tatem, id est quantum sua continentia se exten-
dit per partes. Unde licet divisio explicando
partes, consequenter manifestet essentiam rei
realiter, non tamen formaliter, vt essentia est,
vt facit definitio; hęc enim respicit totum cathegorematicè, seu in quid, & in recto; divisio
verò syncathegorematicè solum, contemplan-
do partes, & explicando multiplicatatem ad vi-
randam confusionem. Itaque in omni divisione
datur totum, seu illud, quod dividitur, & vo-

catur *divisum*, & partes, in quas dividitur, & vocantur *membra dividentia*; & denique oratio, media qua hoc fit, & hæc appellatur *divisio*.

2 Supreme ergo secatur *divisio in divisionem nominis & divisionem rei*. *Divisio nominis* est *qua terminus per suas significaciones dividitur*, ut cum dicitur hæc vox *canis* significat latrabilem, marinum, & Sydus. *Divisio rei* est *qua totum in suas partes distribuitur*. Hæc *multiplex* est iuxta multiplicitatem totius, & quia totum aliud est *per se*, quod constat partibus *per se* unitis, & aliud est *per accidens*, quod componitur ex partibus *accidentaliter* advenias; ideo duplex est *divisio rei*: alia *per se*, que *distribuit totum in partes per se*, & *substantialiter unitas*: alia *per accidens*, illa *nimirum*, que *totum distribuit in partes accidentaliter coniunctas*.

Item, *Tum totum per se sit duplex, aliud actuale, quod actu continet partes, ex quibus componitur, & aliud potentiale, seu universalle, & est ratio generica continens sub se inferiora, seu partes subiectivas, de quibus praedicari potest; ideo divisio alia est actualis, & est, qua totum dividitur in partes ex quibus actu componitur; alia potentialis & est illa, qua uni-*

versale dividitur in inferiora, quae potestativè continent, ut genus in species, & species in individua. Ad quam reducitur divisio generis per differentias, quas etiam dicitur continere in potentia, licet non ut partes subiectivas, quia non includitur in eis, nec de illis prædicatur; ideoque non dicitur, genus dividi in differentias, sed per differentias.

4 Rursus, divisio actualis, alia est essentia-
lis, & alia integralis. Essentialis est, *qua totum dividitur in partes, quarum singula sunt de es- senzia divisi, quæ partes si sunt physicæ, ut cor- pus, & anima respectu hominis, divisio erit es- sentialis physica, si partes sunt metaphysicæ, ut animalitas, & rationalitas, divisio erit essentia- lis metaphysica.* Divisio integralis (*quæ solum in rebus materialibus reperitur*) est *qua totum materiale dividitur in partes, quæ si non sint de essentia rei materialis; perinpet tamen ad in-TEGRITATEM eius; quæ quidem partes aliæ sunt homogeneæ, seu eiusdem rationis ut guttae aquæ, micæ panis, &c. aliæ etherogeneæ, seu diversæ rationis, ut in homine, Ossa, nervi, caput, manus, &c.* Atque ita divisio integralis alia est homogenea, & alia etherogena, quæ satis patent ex dictis.

5 Tandem ex parte totius per accidens
alia

alia est subiecti in accidentia , ut homo alius niger , alius albus , &c. Huiusmodi est divisio vocis in varias significationes ; nam significatio est accidens , respectu cuius vox se habet ut subiectum. Alia est divisio accidentis in subiecta ut albedo , alia nivis , alia lactis. Tertia , accidentis in accidentia , ut cum album dividitur in dulce , & amarum. Hæc tamen ultima divisio non est distincta à cæteris ; si enim divissum includatur essentialiter in membris dividentibus , ut cum dividitur coloratum in album , & nigrum , est divisio totius potentialis in suas partes subiectivas ; est enim sensus : color , alius albedo , alter nigredo. Si autem divissum non est de essentia membrorum dividentium , ut patet in exemplo allato , tunc est divisio subiecti in accidentia ; nam album , quod est divissum non sumitur pro forma albedinis , sed pro subiecto illius , cui accidit esse dulce , vel amarum.

6 Pro bona divisione , sequentes leges assignari solent. Prima quod singula membra dividentia sint inferiora , seu minora diviso , idest , nullum membrum adæquet divissum. Ratio est evidens , quia omne rotum est maius sua parte ; & consequenter nulla pars est e qualis toti. Defectu huius legis , hæc est mala di-

visio: *Animal aliud est rationale; aliud sensibile*, quia sensibile habet e qualis latitudinem cum animali. Hæc lex intelligi debet de partibus, & membris sub ratione talium; sub alia enim ratione bene potest aliquod membrum excedere divisum. Unde quando *homo* metaphysicè dividitur in *animal*, & *rationale*, *ly* *animal* ut est pars actualis metaphysica non excedit hominem; quo sensu est membrum dividens in allata divisione, sed excedit seb alia ratione, scilicet, sub ratione totius potentialis; & in hoc sensu non est membrum dividens.

7 Secunda lex: Omnia membra dividentia simul sumpta debent adquiere, & exhaustire totum divisum. Et ratio est: nam in toto saltim syncategorematice sumpto (qua ratione attingitur à divisione) nihil aliud est, quam omnes partes simul sumptæ; ac proinde ista est mala divisione: *animal aliud homo, aliud equus;* latius enim patet animal, quam hæc duo simul.

8 Tertia lex: Membra dividentia debent habere aliquam oppositionem; id est, debent esse distinctæ re, vel saltum ratione, & non possunt coincidere, nec unum includi in alio in eo sensu, in quo sunt membra dividentia. Unde bene dividitur ens, in verum, bonum,

& vnum, quæ formaliter distinguntur; & voluntio Divina dividitur in necessariam, & libera-
ram, cum à parte rei sint distinctæ formaliter,
solumque ratione differant. Hic adverte dup-
pliciter posse intelligi, vnum membrum divi-
dens includi in alio. Prim. ita ut medio illo,
in quo includitur participet rationem divisi.
Secund. ut ratione sui illam participet, & non
medio includente. Lex ergo prohibet, ne vnum
includatur in alio prim. modo, non verò se-
cund. ideo hæc est mala divisio: *animal aliud a*
homo, aliud rationale; nam ratio animalis non
tribuitur rationalitati, nisi ratione hominis, i
quo rationale includitur. Hæc verò est bona
divisio: *Substantia alia completa, alia incom-*
pleta, quia licet incompleta includatur in sub-
stantia completa, non tamen participat ratio-
nem substantie ex eo, quod includatur in illa;
materia enī est substantia antequam includa-
tur in composite; & ratio substantiae composi-
ti non est illa, quæ supponitur in materia, sed
alia totalis, ex materia, & forma, vnitis
resultans.

9 Ultima lex: Divisio non debet esse pro-
lixa, sed brevis quantum fieri potest. Ita
Arist. 2. Post. 5. immo Cicero lib. 2. de fini-
bus inquit divisionem in plura membra nonesse
di-

dividere, sed frangere rem. Quia propter cum membra dividentia sunt plura, divisum prius debet dividi per aliquas rationes communes proximas, postea autem istæ per alias minus universales, &c.

Loci arguendi in divisione.

10 Primus locus est: A diviso ad omnia membra dividentia, simul sumpta, & ab ipsis simul sumptis ad divisum tam affirmativè, quam negativè valet consequentia. V. g. est animal: ergo rationale, vel irrationale: non est rationale, nec irrationale: ergo non est animal; est rationale, vel irrationale: ergo animal: non est animal: ergo nec rationale, nec irrationale. Secund. à negatione cuiuslibet membra dividentis ad negationem divisi non valet, ut si dicas: non est rationale: ergo non est animal affirmativè autem valet: ut est rationale: ergo animal. Tert. à diviso ad quodlibet membrum dividens negativè valet: V. g. non est animal: ergo non est rationale; affirmativè autem neutiquam; V. g. est animal: ergo rationale.

Quart. à diviso cum negatione unius membra, vel plurium ad illud, vel ad illa quæ restrin-
tive arguitur, ut si dicas: Est animal, & non

rationale: ergo irrationale; est elementum, & non terra, nec aqua: ergo ignis, vel aëris. Quinta positione unius membra dividentis ad negationem alterius est bona consequentia, vi est bona: ergo non est brutum. Sed nota, quod non semper affirmatio unius membra infer negationem alterius absolute, sed sufficit quod negetur sub ea ratione, qua alterum est affirmatum; atque ita hic est bonus medius arguendi: *Virtus est honesta: ergo non est delectabilis sub ea ratione formalis, qua honesta est.* Prædicti leci arguendi solum habent lecum respectu totius logici, seu universalis, & partium subiectivarum, non verò in alijs.

CAPUT IV.

De argumentatione.

Hæc nomina: *Ratiocinatio, discursus, argumentatio, & consequentia* non omnino idem significant, & præcipue consequentia, & argumentatio differunt tanquam includens, & inclusum; nam argumentatio est tota hypothetica constans antecedenti, consequenti, & connexione uniuscum alio; consequentia verò tantum importat nexum, aut illationem

nem unius ex alio. Nam tamen usu Dialecticorum hæc omnia pro eodem sumuntur.

I Argumentatio ergo, seu consequentia (tertius, & præcipuus modus sciendi) est oratio, in qua unum ex alio consequi denotatur. Ponitur oratio loco generis, & non propositio; si enim propositio esset genus, tunc passiones eius, scilicet veritas, aut falsitas dicerentur de argumentatione; nam passiones generis prædicantur de specie; argumentatio autem, & consequentia non dicuntur veræ, aut false, sed bonæ, vel malæ. Relique particulæ habent locum differentiæ, & denotant, unum, nempe consequens inferri ex antecedenti. Unde constat, tria requiri ad argumentationem. Prim. est antecedens, & est illa propositio ex qua aliquid sequitur. Secund. est consequens, & est illa propositio, quæ sequitur ex alia. Tert. est nota illationis, quæ est particula ergo, igitur, aut alia similis. Non enim sufficit ad argumentationem, quod unum ex alio ut cumque inferatur, aut sequatur, sed hæc consequutio denotari, & exprimi debet per notam illationis. Unde hæc oratio: Petrus currit, & movetur non est argumentatio, esto secund. propositio ex prim. inferatur, eo quod nota illationis ibi non ponitur. Qualiter autem differat consequens

quentia , & consequens , diximus in modo dis-
putandi, sed ulterius vide Mast. hic, num. 85.

2 Argumentatio ergo dividitur prim. in
bonam , & malam , seu in rectam , & vicioram .
Bona , seu recta est , in qua consequens bene in-
fertur ex antecedenti , ut hæc : homo currit: er-
go moveretur . Viciosa , seu mala est , in qua con-
sequens non infertur ex antecedenti , quanvis
appareat inferri . Hæc autem solum dicuntur
argumentatio abusivæ , & quantum ad appa-
rimenta ; ideoque illa omessa , argumentatio
bona dividitur in materialem , & formalem ;
materialis est illa , qua solum est bona ratione
materia determinata , non tamen ratione forme .
V. g. homo est animal: ergo omnis homo est ani-
mal ; hæc est bona ratione materiae naturalis ,
in qua sit ; nam in materia necessaria indefini-
ta æquivaleret universalis , sed in alia materia
non est bona , vt patet in hac : homo est albus:
ergo omnis homo est albus . Consequentia , seu
argumentatio formalis est , que tenet ratione
forme , & dispositionis sylogisticae ; atque ita in
quacumque materia fiat , semper concludit , esto
sit in materia impossibili . V. g. omne animal
est lapis ; omnis homo est animal: ergo omnis ho-
mo est lapis . Unde consequentia formalis abso-
lutè , & simpliciter est bona , quia in nulla ma-

teria patitur instantiam ; consequentia autem materialis est bona solum secundum quid , & cum addito.

3 Deinde argumentatio dividitur in conditionalem , rationalem , & causalem . Conditionalis est , in qua illatio denotatur per particulam si , ut si homo currit , movetur . Rationalis est in qua illatio exprimitur per ly erga , ut homo currit , ergo movetur . Causal is est in qua illatio denotatur per particulam quia , ut quia homo currit , movetur . De his plura dedimus lib. 2. cap. de hypotheticis . Solum hic advertendum , posse eandem orationem materialiter acceptam sub diversis formalitatibus subire in unus argumentationis , & propositionis ; est enim argumentatio , quatenus includit vim illativam , seu consequentiae ; est autem propositionis , quatenus praecisa vi consequentiae denominari potest vera , vel falsa . De quo vide nostrum Merin . 2. part. Log. parvæ , cap. 11. num. 6.

4 Denique argumentatio rationalis dividitur in syllogismum , enthymema , inductionem , exemplum , & dilemma . Enthymema est syllogismus truncatus duabus constans propositionibus , quarum una ex alia inferri denotatur . V. g. omnis homo est rationalis : ergo omnis
homo

homo est risibilis. Ubi si his duabus propositionibus subiungeres istam: *omne rationale est risibile*, conficeres integrum syllogismum, & haec propositione nuper dicta, implicitè in enthymemate includitur; nā si consequentia in enthymemate negetur, exprimēda erit formando syllogismum ex ipsa, & ex alijs, quę enthymema componunt; & consequenter propositione sub intellecta assumitur pro maiorī; prima autem propositione enthymematis pro minori, licet etiam vice versa fieri possit.

5 Exemplum est argumentatio ab uno, vel pluribus singularibus ad alterum, vel altera propter aliquam similitudinem. V. g. Deus percipit Paulum penitentem: ergo mihi parcer, si penitentiam egero. Unde in hoc genere argumentationis debet exprimi ratio similitudinis, alias nihil valeret, ut si dicas: Deus percipit Paulum penitentem: ergo, & mihi, quia non explicatur in consequenti penitentia, que est ratio similitudinis.

Dilemma est argumentatio bicornis, seu cornuta, in qua due partes ita disponuntur, ut omnino precludatur fuga respondendi; id est necessario cogitur aliquid contra se admittere, vel negare. V. g. si vellem Petrum in occasione voluntaria peccandi positum temeritatis argue-

re,

re, sic dicerem: aut times Deum, aut non? Si non times, temerarius es, cum Deus summe timendus est; si times, etiam temerarius es, quia amas periculum offendendi, quem times. De inductione agemus cap. 6. & deinceps de syllogismo.

C A P U T . V.

De regulis bona argumentationis, seu consequentiae.

ANequam ad speciales regulas syllogismi descendamus, aliquę pro consequentia, seu argumentatione in communi assignandae sunt; ex quibus.

I Prima, & præcipua est: *In bona consequentia ex antecedenti verò, semper sequitur consequens verum, ex necessario necessarium, & ex possibili possibile.* Probatur hoc ex illo principio universalissimo, & lumine naturæ noto, scilicet, non potest in bona consequentia dari antecedens verum, & consequens falsum, sed si antecedens est verum, etiam, & consequens; modo sic: sed si non semper ex antecedenti verò sequitur consequens verum, ex necessario necessarium, ex possibili possibile, hoc principium falsificaretur: ergo.

PRO-

Probatur minor quoad omnes partes: con sequens habet necessariam connexionem cum antecedenti, & est quasi quedam pars eius; sed non verum, non necessarium, & non possibile non possunt habere connexionem, aut esse partes veri, necessarij, & possibilis: ergo ex verò, necessario, & possibili non potest sequi falso sum, non necessarium, nec impossibile. Minor probatur. Non est absolutè verum id, cuius aliqua pars est falsa, nec absolutè est necessarium id, cuius aliqua pars est contingens; nec denique absolutè possibile, cuius aliqua pars est impossibilis, alias simul esset, & non esset: ergo ut antecedens sit verum, necessarium, aut possibile, consequens debet esse verum, possibile, aut necessarium.

Dices: in hoc syllogismo: *Omne album est coloratum: omne album est corpus: ergo ali quod corpus est coloratum, & alijs similibus ex præmissis necessarij,* sequitur conclusio contingens: ergo prædicta regula non tenet. Res pondetur, negando antecedens; præmissæ enim contingentes sunt; nam propositiones de tertio ad iacentie in materia contingentí supponunt existentiam subiecti, & sunt virtualiter copulativæ; explicantur enim per aliam propositionem de secundo ad iacente. V. g. illa

maior: Omne album est coloratum explicatur
sic: Omne album est, seu existit, & est colora-
tum; consequenterque talis propositio est con-
tingens, quia ad contingentiam copulativæ
sufficit contingentia unius cathegoricæ com-
ponentis copulativam. Sed adverte, quod ly
album in præmissis non accipitur pro albedine,
seu pro eo, quod dicit in recto, sed pro sub-
iecto, sive pro illo, quod importat in obliquo;
sic enim acceptum propositiones sunt in mate-
ria contingenti, supponunt existentiam subie-
cti, & sunt virtualiter copulativæ.

3 Secund. regula: Ex antecedenti falso in bona consequentia sequitur falsum; ex impossibili, sequitur impossibile, & ex contingenti contingens. Exemplum prim. & secund. *homo* *est leo: ergo est rugibilis.* Exemplum tert. *Petrus currit: ergo mouetur;* ubi consequentia quidem est necessaria, sed consequens est contingens. Quandoque tamen ex antecedenti falso, potest sequi verum, ex impossibili possibile, & ex contingenti necessarium. Exemplum prim. *homo est equus: ergo est animal.* Exemplum secund. *homo est equus: ergo currit.* Exemplum tert. *homo intelligit: ergo est ratio-*
nalis. Ubi notandum est, quod quando ex falso sequitur verum, ex impossibili possibile, ex
con-

contingenti necessarium, non debet intelligi quod præmissæ formaliter, ut falsæ, impossibilis, aut contingentes influant in conclusionem veritatem, possibilitatem, aut necessitatem; nemo enim potest dare, quod in se non habet; sed intelligi debet ex vi formæ, & supposita, vel admissa veritate, possibilitate, aut necessitate præmissarum ob connexionem conclusionis cum ipsis hæc omnia in conclusionem derivent, quod constat ex definitione argumentationis communiter traditi solitæ, scilicet, *in qua uno dato, aliud sequitur*, quia antecedens debet supponi, & admitti, ut conclusionem causet. De quo vide Lem. in disputata disp. 13. q. 5.

- 4 Tert. regula in bona consequentia positò antecedenti, ponitur consequens, non è contra. Item ablato consequenti, aufertur antecedens, non è contra, v. g. valet: *est homo: ergo est animal*, non è converso. Et similiter valet: *non est animal: ergo non est homo*; non tamen è contra. Quod debet intelligi de terminis pertinentibus sequa non convertilibus, quia argumentum procedit inter terminos superiores, & inferiores, de quo satis dictum lib. 1. cap. 7. si enim termini sunt convertibiles, seu æ qualiter communes expositione aut negatio-

ne antecedentis, ponitur, vel negatur consequens; v. g. *est rationale*: *ergo est risibile*; *non est risibile*: *ergo non est rationale*, & è contra in vitroque exemplo.

5 Quart. regula: In bona consequentia quidquid sequitur ad consequens essentialiter sumptum, & absolutè supponens, sequitur etiam ad antecedens. V. g. *est homo*: *ergo est animal*, vbi ad *animal*, quod se tenet ex parte consequentis, sequitur quod sit vivens, substantia, curpus, & hæc omnia dicuntur de homine, qui est terminus antecedentis. Non tamen sequitur ad consequens quidquid sequitur ad antecedens; nam de homine dicitur, quod sit rationalis, risibilis, &c. quæ non dicuntur de animali. Hæc regula intelligi debet sicut præcedens; nam in terminis æqualibus, & convertilibus aliter evenit.

6 Quint. regula: Quod repugnat consequenti essentialiter sumpto, & absolutè supponenti, in bona consequentia repugnat etiam antecedenti. Vel alijs terminis: Quando ex antecedenti sequitur consequens, ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. Hac regula utimur ad ostendendam bonitatem consequentie, procedendo à contradictorio consequentis ad contradictorium antecedentis;

v. g.

v. g. est homo: ergo est animal; si enim anima-
li repugnat insensibilitas, incorporeitas, &c.
etiam homini repugnat, non tamen è conver-
so, nisi in terminis convertilibus, ut diximus.
Ratio regulæ est, nam si ex opposito conse-
quentis non sequitur oppositum antecedentis:
ergo poterit stare oppositum consequentis cum
veritate talis antecedentis, & consequenter
dabitur antecedens verum, & consequens
falsum.

7 Sext. ex impossibili sequitur quodlibet.
Hæc regula non debet intelligi, quod ex qua-
libet propositione impossibili sequatur quel-
libet aliapropositio absolute, sed quod ex impos-
sibili in terminis pertinentibus sequela, possit
inferri consequens necessarium, consequens
impossibile, & consequens contingens; v. g.
ex hoc antecedenti impossibili: leo legit, se-
quitur: ergo leo est vivens, quod est necessa-
rium; sequitur etiam: ergo est rationalis, quod
est impossibile, & denique sequitur: ergo exi-
stit, quod est contingens. Ubi etiam nota,
quod propositio aliqua necessaria potest sequi
ex aliqua necessaria, ex aliqua impossibili, &
ex aliqua contingenti; v. g. ista necessaria: ho-
mo est substantia, sequitur ex ista necessaria: ho-
mo est vivens, ex hac impossibili: homo est leo,
& ex hac contingenti homo intelligit.

CAPUT VI.

De inductione.

1 **I**nductio est illatio propositionis universalis ex suis inferioribus sufficienter enumeratis, ut hic ignis calefacit, & ille & ille, &c. ergo omnis ignis calefacit. Consulto in definitione ponitur ex suis inferioribus, & non ex singularibus, ut poni solet; potest enim fieri illatio ex inferioribus non singularibus, ut si arguatur sic: *omnis homo vivit; omnis equus vivit;* & sic de alijs speciebus animalium: ergo *omne animal vivit.* Ubi inferiora singul'aria non sunt. Qui etiam arguendi modus tenet ab omnibus partibus ad totum, ut caput dolet, stomachus dolet, & sic de alijs: ergo totum corpus dolet. In hoc genere argumentationis debent numerari omnia inferiora, si commodè fieri potest, & tunc sub intelligitur, & non sunt plura: Si vero numerati non possunt, bebet addi hæc particula: & sic de alijs.

2 Sed est notandum ad bonitatem inductionis, non sufficere, quod omnes propositiones singulares sint veræ, sed ulterius requiriatur, quod omnes sint compositiles, quia universalis

versalis æquivalet singularibus copulatiæ sumptis, & consequenter si vnum est incompositum cum alijs non rectè infertur universalis. Exeo enim quod homo cum communi auxilio possit vitare hoc, & illud, & singula peccata venialia, non infertur; ergo potest vitare omnia collectivæ; quia si multas omnium virata ex communi auxilio incompossibilis est. Aliud exemplum apponit Subt. Doct. in 2. dist. 2. q. 9. K. in decem lapidibus æqualibus in pondere, quorum tantum novem posset Petrus portare, quo casu hæc propositio; *possibile est Petrum portare omnes hos lapides*, est falsa, non quia singularis in se falsa sit; nam verum est, Petrum portare hunc lapidem, & illum, & illum; sed quia aliquibus determinatis est aliqua propositio indeterminata incompossibilis; quæcumque enim noven singularia composibilia sunt, decimum tamen indeterminatè est cum illis incompossibile.

3 Inductio ergo vocatur *ascensus*, quia per eam ab inferioribus ascendimus ad probationem superioris. Cui reducitur *descensus*, qui est progressio à superiori ad inferiora. V.g. *omnis homo currit*: ergo, & *hic homo currit*; & *ille homo currit*, &c. & ideo solet dici *reductio*, seu *deductio*.

Uterque autem , tan ascensus , quam de-
census est quadplex. *Copulativus* , *copulatus* ,
disiunctivus , & *disiunctus*. *Copulativus* est , qui
fit per coniunctionem & , aut similem copula-
tivè acceptam , id est conjungentem non ter-
minos , sed ipsas propositiones . V. g. *hic homo*
est animal , & *hic homo est animal* , &c. ergo *om-*
nis homo est animal: & vice versa in descensu.
Copulatus esse , qui fit per particulam , & copu-
lantem partem vnius extremi , non autem pro-
positiones . V. g. *terra* , *aqua* ; *ignis* , & *aer*
sunt quatuor: ergo omnia elementa sunt quatuor.
Disiunctivus est , qui fit per integras proposi-
tiones per particulam , vel disiunctivè sumptam .
V. g. *vel hic homo currit* , *vel ille homo currit*:
ergo aliquis homo currit. Denique *disiunctus* est
in quo mensurantur inferiora sub eadem pro-
positione per terminos disiunctim sumptos . V.
g. *oculus requiritur ad videndum* : ergo *hic* , *vel*
ille oculus requiritur ad videndum. Alique re-
guæ ascensus , & descensus solent assignari à
Dialecticis , quæ nihil novum addunt doctrinæ
traditæ. Si placet , vide illas apud Ba-
yon. Froyl. & apud Palanc. bre-
vissime explicatas.



C A P U T VII.

De Syllogismo.

Ap. 4. num. 4. diximus: Argumentationem dividi in quinque membra, interquæ syllogismus numeratur, tanquam præcipua eius species; indeque adhunc locum de illo tractandum remissimus. Syllogismus ergo ex Arist. 1. Priorum cap. 1. *Est oratio, in qua quibusdam positis alterum quid appositiis necessariò sequitur.* Dicitur oratio, & non argumentatio, quia argumentatio non est genus ad syllogismum, & alias argumentationes; hic enim solus propriè argumentatio est, cætera autem imperfectè, & reductivè tantum. Dicitur oratio in singulari; vel quia est vniqa propositio hypothetica; vel potius ratione vnitatis medijs, in quo vniuntur extrema in præmissis; & ratione vnitatis formæ, seu dispositio- nis terminorum; & etiam ratione vnius finis, quia præmissæ ordinantur ad vnam conclusio nem inferendam. Ly quibusdam positis, denotat, duas propositiones, & earum terminos debere disponi in modo, & figura. Additur alterum quid à posuisse, quia conclusio, quæ sequitur

tur ex præmissis est propositio ab illis distingua. Tandem ly *necessariò* sequitur denotat, conclusionem necessario inferri ex præmissis. Pro quo.

2. Adverte necessitatem esse duplēm, scilicet, consequentis, & consequentiæ. *Necessitas consequens* pensatur ex habitudine necessaria predicati ad subiectum, quæ solum reperitur in propositionibus de materia necessaria. *Necessitas consequentia* attenditur ex habitudine consequentis ad antecedens ; & contingit, quando ex præmissis , necessario sequitur conclusio , etiam si illa non sit necessaria; quia præmissæ semel concessæ , licet falsæ sint, cogunt ad assentiendam conclusioni.

3. Syllogismus igitur cum sit quoddam totum , seu artefactum rationis , habet suo modo materiam , & formam , ex quibus intrinsecè componitur (loquimur hic de materia subiectiva , seu *ex qua* , non de materia terminativa , aut *circumquam* ratione cuius postea dividendus est .) Materia syllogismi est duplex , proxima , scilicet , & remota . Proxima sunt propositiones , quarum prima dicitur *maior* , non quia sit universalior , sed quia primum obtinet locum in syllogismo . Secunda vocatur *minor* , quia illam subsequitur ; & utraque vocatur *præmissa* , quia
præ-

præmittitur conclusioni. Tertia denique, quæ notam illationis sequitur, dicitur conclusio. *Materia remota* sunt termini, ex quibus constat, qui tres debent esse, nempè maior extremitas, minor extremitas, & medium; *maior extremitas* est terminus, qui ponitur in maiori vniuersitate cum medio; *minor extremitas* est qui in minori præmissa simul cum medio collocatur; *medium* est terminus, qui bis ponitur in præmissis, & in conclusione non collocatur. Ubi nomine termini intelligitur quidquid gerit vires extremi propositionis, sive sit incomple-xum quid, sive complexum,

Rem declarat exemplum in hoc syllogismo: *Omnis homo est animal. Petrus est homo: ergo Petrus est animal.* Ubi tres reperiuntur termini, *homo, animal, Petrus;* ly *homo* est medium *animal* maior extremitas, & *Petrus* extremitas minor. In nullo autem syllogismo plusquam tres termini sub ratione talium reperiri possunt; in hoc enim stat tota vis inferendi. Si autem quandoque in syllogismo plures collocantur, debent esse syncathegoremata, aut aliqua reducibilia, & per modum vnius se habentia cum ipsis, ut se habet ly *omnis* in predicto syllogismo.

4 Forma syllogismi est debita dispositio
ma-

materia ad concludendum apta. Et quia materia est duplex, ideo duplex datur forma, altera materie remota correspondens, & est debita dispositio terminorum p̄enes subiectiōnēm, & prædicationēm, & vocatur *figura syllogismi*. Altera correspondēs materię proximę, & est debita dispositio propositionum in debita quantitate, scilicet, cum ordinantur pr̄missę, ita ut vtraque non sit particularis; & in debita qualitate, scilicet, cum ordinantur pr̄missę, ita ut aliqua saltim illarum sit affirmativa, & appellatur *modus syllogismi*.

Figura syllogismi est triplex, eo quod termini, medium, scilicet, & extremitates tripli citèr possunt disponi; nam medium, vel subiicitur in una, & prædicatur in alia, & ita constituitur prima figura; vel in vtraque est prædicatum, & sic habetur secunda, vel subiicitur in vtraque, & ita habetur tertia figura. Quod hoc camine ostenditur.

Sub præ, prima; secunda; bis præ; tertia; bis sub.

Ex quibus figuris, prima est nobilior, cum in ea medium propriam obtinet sedem, quæ consistit in participatione virtusque extremi. Secunda est dignior quam tertia; in ea enim me-

medium bis est predicatum; esse prædicatum perfectius est, quam esse subiectum. Tertia in qua medium bis subiectum, est earum infima.

C A P U T VIII.

Apponuntur exempla modorum in qualibet figura.

Diximus, modum syllogismi esse debitam dispositionem propositionum secundum quantitatem, & qualitatem; id est, secundum universalitatem, & particularitatem, affirmationem, & negationem. Quare quotuplex fuerit debita propositionum dispositio, & combinatio secundum universalitatem, & particularitatem, affirmationem, & negationem, totuplex erit modus syllogismi. Et licet combinatio hec sexdecim modis in qualibet figura posset fieri, attamen utiliter novem de i.n tantum modis in omnibus figuris potest fieri, nempe sex ad tertiam figuram spectantibus, quatuor ad secundam, & novem ad primam. Hi autem modi his versiculis à Dialecticis comprehenditur.

Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baraliptron;
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum,
Cessare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti,
Felapton, Dismis, Datisi, Bocardo, Ferion.

2 Pro quorum intelligentia nota 1. in
 praedictis dictiōnibus quatuor vocales reperiiri,
 scilicet, A, E, I, O; A significat propositionem
 vniuersalem affirmativam. E, vniuersalem ne-
 gativam. I, particularem affirmativam. O, par-
 ticularem negativam; iuxta illud. *Afferit A,*
negat E, &c. Ex his quatuor vocalibus tantum
 tres in qualibet dictiōne reperiuntur; quarum
 prima denotat quantitatem, & qualitatem ma-
 ioris præmissæ. Secund. minoris, tertia conclu-
 sionis. Et licet *Baraliptron*, & *Frisesomorum*
 plusquam tres vocales contineant, solas tamen
 tres primas excipe, cæteras omittit, quia
 solus pro integritate carminis appositæ sunt.

3 Nota 2. ex his modis novem priores in
 primo, & secundo carmine contentos ad primam
 figuram pertinere, quatuor sequentes ad secun-
 dum, reliquos tandem ad tertiam. Nota 3. quod
 ex novem modis prime figure, quatuor prior-
 res, scilicet, *Barbara*, *Celarent*, *Darij*, *Ferio*,
 sunt modi perfecti; in illis enim ex dispositio-
 ne

ne terminorum, conclusio ita ex præmissis infertur, ut ex ipsa terminorum apprehensione evidens appareat consequentia, quod non habent alijs eiusdem figuræ, qui ut potè imperfetti, indigent reduci ad quatuor perfectos, ut bonitas consequentiæ appareat manifestè, quod etiam de omnibus modis secundæ, & tertiaræ figuræ servandum est, ut decimus postea. Nota 4. Omnes modos triplicis figuræ directè concludere, exceptis quinque ultimis primæ figuræ. Concludere directè contingit quando maior extremitas prædicatur de minori in conclusione. Concludere autem indirectè fit quando minor extremitas prædicatur in conclusione.

4 Quibus noratis, ut præ oculis habeas exempla cuiuslibet figuræ, & modi cum combinatione propositionum secundum universalitatem, & particularitatem, affirmationem, & negationem iuxta ordinem litterarum in qualibet dictione, placuit sygillatum syllogismos efformare.



Pro modis directis primæ figuræ.

(1)

- Bar- *Omne animal est corpus*
 ba- *Omnis equus est animal*
 ra *Ergo omnis equus est corpus.*

(2)

- Ce- *Nullum animal est lapis*
 la- *Omnis homo est animal*
 rēt. *Ergo nullus homo est lapis.*

(3)

- Da- *Omnis leo est rugibilis*
 ri- *Aliquod corpus est leo*
 j. *Ergo aliquod corpus est rugibile.*

(4)

- Fe- *Nullus lapis est homo*
 ri- *Aliquod insensibile est lapis.*
 o. *Ergo aliquod insensibile non est homo.*

Pro indirectis eiusdem figuræ.

(5)

- Ba- *Omnis eanus est animal*
 ra- *Omne inhibile est equus*
 lip. *Ergo aliquod animal est inhibile.*

Ce-

(6)

- Ces- Nullus leo est homo
ian- Omne rugibile est leo
tes. Ergo nullus homo est rugibilis.

(7)

- Dam Omnis vitis est planta
bi- Aliquod vegetabile est vitis
tis. Ergo aliqua planta est vegetabilis.

(8)

- Fa- Omne crystallum est lucidum
pef- Nullum clementum est crystallum
mo. Ergo aliquod lucidum non est clementum.

(9)

- Fri- Aliqua virtus est honesta
se- Nullum vitium est virtus
so. Ergo aliquod honestum non est vitium.

Pro modis secundæ figuræ.

(10)

- Ces- Nullum animal est insensibile.
fa- Omnis lapis est insensibilis
re. Ergo nullus lapis est animal.

(11)

- Ca- Omne virium est turpe
mes- Nulla virtus est turpis
tres. Ergo nulla virtus est virium.

Q

Esf

(12)

- Fel-
ti-
no.
Nulla nix est calida
Aliquis ignis est calidus
Ergo aliquis ignis non est nix.

(13)

- Ba-
ro-
co.
Omne elementum est simplex
Aliqua substantia non est simplex
Ergo aliqua substantia non est elementum.

Pro modis tertie figuræ.

(14)

- Da-
rap-
ti.
Omnis anima rationalis est immortalis
Omnis anima rationalis est spiritus
Ergo aliquis spiritus est immortalis.

(15)

- Fe-
lap-
ton.
Nulla scientia est error
Omnis scientia est qualitas
Ergo aliqua qualitas non est error

(16)

- Di-
sa-
mis.
Aliquis homo currit
Omnis homo est rationalis
Ergo aliquid rationale currit.

(17)

- Da-
ii-
si.
Omnis quantitas est accidentis
Aliqua quantitas est impenetrabilis
Ergo aliquid impenetrabile est accidentis
Ali-

(18)

Bo- *Aliquod animal non est rationale*
 car- *Omne animal est sensibile*
 do. *Ergo aliquod sensibile non est rationale.*

(19)

Fe- *Nullus color est substantia*
 ri- *Aliquis color est albedo*
 son. *Ergo aliqua albedo non est substantia.*

Prædicti modi in tribus figuris sunt utiles ad concludendum; si autem alijs ordinem illorum non servant, vel recedunt ab aliqua regula ex illis, quas cap. 10. ponemus, inutiles erunt, quos iuxta combinationes possibiles videri poteris, apud Complut. hic.

5 Nota tamen, quod ubi concluditur subalternans, potest etiam concludi subalternata, scilicet, particularis, & etiam potest concludi singularis servando qualitatem subalternantis, v.g. in *Barbara* concluditur universalis affirmativa, & potest concludi particularis affirmativa; & similiter in *Celarent*, ubi concluditur universalis negativa, potest concludi particularis, & etiam singularis negativa.

6 An autem admittenda sit quarta figura? questio in praesenti est etsi levioris momenti. Negativam partem Dialectici tenent contra Ga-

Ienum, & Medicos; ratio est, quia combinatio terminorum, in qua medium prædicatur de majori extremitate, & subiicitur minori, non est essentialiter distincta ab ea, in qua medium subiicitur majori extremitati, & prædicatur in minori: sed prima combinatio constituit figuram, quam contrarij appellant quartam, & secunda combinatio primam: ergo non datur quarta figura distincta à prima. Probatur minor: combinatio terminorum constituens syllogismum distinctum ab alijs sola transpositione præmissarum non est essentialiter distincta à combinatione terminorum reperta in illis: sed præfata combinatio constituit syllogismos sola transpositione præmissarum distinctos ab eis, in quibus prima combinatio reperitur: ergo non est essentialiter distincta à prima.

7 Ex quo respondetur ad argumentum, quod communiter fieri solet, scilicet, quod in hac argumentatione: *Omnis homo est vivens: omne vivens est substantia: ergo aliqua substantia est homo;* & similibus est recta combinatio terminorum, & tamen medium in majori prædicatur; & in minori subiicitur: ergo est diversa dispositio terminorum; & consequenter datur quarta figura ab alijs distincta. Respondeatur, inquam, non dari distinctam figuram,

nisi

nisi detur distincta dispositio essentialiter; hic autem solum est diversa accidentaliter, cum utraque dispositio eandem inferat conclusionem, sola transpositione praemissarum. Ideo consulto diximus, differentiam figurarum solum stare in diversa subiectione, & praedicatione medijs; cum ergo hec sit tantum triplex, tantum triplex figura potest dari. An denique in secunda, & tertia figura possint dari syllogismi indirecte concludentes? Vide Mast. hic Nobis enim in re non multum utili diutius immorare non licet.

C A P U T I X.

De principijs extrinsecis, quibus syllogismi regulantur.

TUT in efficientibus datur vna prima causa, aqua omnes pendent; in essentijs vnlca formalitas, vnde omnes proprietates dimanant; ita in qualibet arte reperiatur vnum primum principium, & prima regula, aqua omnia, sicut lineæ à centro, exoriantur. In Logica ergo, quæ ars est affectiva veritatis, adeo vnicum principium, sicut primum. Unde ex parte formæ oritur tota effici-

Facia concludendi, inveniendi que veritatem; Illud autem tale est: *Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se.* In quo fundatur tota struc-
tura syllogistica, ut notat Marianus Doct. in
1. dist. 2. quest. 7. in solutione ad primum prin-
cipale pro quarta quest. num. 47. Cuius prin-
cipij sensus est: Quando aliqua duo extrema
identificantur cum aliquo tertio, seu medio,
identificantur etiam inter se. Patet in hoc syl-
logismo: *Omne rationale est risibile: omnis ho-
mo est rationalis; ergo omnis homo est risibilis;*
in hac conclusione reperiuntur *homo*, & *risibi-
le* identificata inter se; quia in praemissis iden-
tificata erant cum *rationale*, quod erat me-
dium, seu tertium utriusque.

2 Dices: in hoc syllogismo: *Omnis homo
est animal: omnis equus est animal: ergo omnis
homo est equus, homo, & equus* identificantur in
praemissis cum animali, & tamen in conclusio-
ne non identificantur inter se; ergo principium
istud universaliter non tenet. Respondetur,
syllogismum esse inutilem, quia in secunda fi-
gura, ad quam videtur pertinere, nullus datur
modus concludens universalē affirmativam,
& aliunde peccat, quia in hac figura, ex puris
affirmativis nihil sequitur. Sed demus gratis,
utilitatem talis syllogismi, tunc dicimus pro il-
lo,

lo, & alijs, qui possunt fieri, sensum illius principij ex nostro Doctore desumptum , talem esse , scilicet , extrema identificari inter se ea identitate, qua in præmissis identificantur cum tertio, non majori, nec minori. Eius verba sunt: *Quaecumque aliqua identitate sunt eadem aliqui. illa tali identitate inter se sic sunt eadem, quia non potest concludi aliqua idenitas extre- morum inter se, nisi secundum illam identita- tem. qua sunt eadem medio, & medium in se sic sit idem.* Et per hanc propositionem sic intel- lectam , tenet omnis forma syllogistica ; omissa enim altera conditione , vel unitatis medij in se, vel extreorum ad medium , non fit syllogis- mus , sed paralogysmus, &c.

Quia tamen aliqui , vel non intelligentes, vel potius nolentes intelligere subtilissimam hanc Subt. Doct. speculationem , illam incusant , tanquam nugatoriam , & reddentem principium invile (nam sic ait Vazquez i. part. disp. 123. idem sonat , ac si diceretur: quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem vni ter- tio , vel in tertio ubi idem arguitur in antece- denti, ac in consequenti;) opportet explicare quid sibi velit Doctor, cum sic axioma præfa- tum declarat. Proquo.

3 Maximè adyerendem est , illa verba

O 4 axio-

axiomatis, scilicet, *unitatio*, nihil aliud dicere, nisi quod ex unitate tertij resunditur, & quasi derivatur unitas, seu identitas ex extremorum inter se; consequenter que qualis fuerit unitas tertij talis erit unitas extreborum, quia cum tertium sit ratio inferendi unitatem, solum potest inferre illam, quam in se habet, non maiorem, nec minorem. Igitur attendi debet diligenter talis medijs unitas, ut appareat qualis unitas ex ipso resundatur in extrema; quia ergo medium potest habere unitatem genericam, specificam, & individualem, & hanc vel incommunicabilem, ut in individuis creatis, vel communicabilem, ut in Deo essentialiter individuo, ideo illam solum unitatem, quam habet, prestat extremis, & non maiorem. Ex quo patet, quod in predicto syllogismo nobis obiecto solum potest inferri, quod *equus*, & *homo* sunt unum, vel idem inter se generice, quia medium nempe animal non aliam maiorem unitatem habet in se. Et in hoc syllogismo: *Petrus est homo, Paulus est homo: ergo Paulus est Petrus*; solum concluditur unitas, & identitas specifica, quam habet *homo*, quod erat medium in premisis. Et hac ratione dixit Porphyrius, quod participatione unius speciei, plures homines sunt unus homo, scilicet, unitate specifica, non maiori.

Ex

4 Ex quo deveniendo ad hunc syllogismum: *hic Deus est Pater: Filius est hic Deus: ergo Filius est Pater*, in quo stat maxima huius rei difficultas; dicimus, Patrem, & Filium esse idem, & vnum inter se eadem unitate, quam habet medium, scilicet *hic Deus*, & cum hoc habeat unitatem essentialē, & individualē, communicabilem tamen; licet non logicē (hoc est per multiplicationem) realiter tamen (seū per communitatē inexistētiaē) in de est, quod extremis, nimirum Patri, & Filio solum unitatem individualē, & illam cōmunicabilem p̄stare potest, ac proinde in consequente solum inseritur inter Patrem, & Filium unitas, seu identitas realis de linea individualis essentialis, & communicabilis, non tamen vritas, seu identitas de linea relativi, & incommunicabilis, seu realis personalis, quia istam non habebat in se medium, alias derivaret in extrema unitatem, quam in se non habet, quod est impossibile. Itaque solum inseritur: *ergo Pater est Filius realiter essentialiter, seu est idem cum Filio in essentia, non amplius.*

Ideoque acute avertit Mastrius, quod licet hoc principium sit omnibus syllogismis commune, eius tamen vis praecipue appetit in syllogismo expositorio; nam in hoc medium, seu test.

tertiū est magis vnum, cum sit terminus omnino singularis, & immul implicabilis sive logicè, sive realiter. En sensus Subtilissimi Doctoris dicentis, extrema esse idem inter se ea identitate, & unitate, qua sunt idem in medio, seu tertio non maiori, nec minori. Si plura cupis, lege doctissimum Sosam in comment. Scoti ubi sup. disp. 57. §. 2. & 3.

5 Ex qua doctrina patet solutio ad argumentum Vazquezij; nam diversum quid ponitur in consequenti, ac in antecedenti; in consequenti enim comparantur extrema inter se, non præcise, & nude sumpta, sed connotando medium tanquam quo, seu rationem identificandi utrumque; hæc enim propositio: *Petrus est idem cum Paulo* non habet veritatem, si excludatur humanitas, ratione cuius sunt idem. Itaque cum identitas sit relatio, in præmissis explicatur talis relatio extremorum, respectu modi, & medijs respectu extremorum; in conclusione vero explicatur talis relatio extremorum inter se, ubi non ingreditur medium tanquam relatum, sed tanquam ratio fundandi relationem, quæ refert utrumque extremum. Et quando Doctor. ait, extrema esse idem inter se ea identitate, qua sunt idem cum medijs, ly ea identitate idem sonat ac identitate eiusdem

dem rationis; numerice autem distincta identitas explicatur, cum fiat distincta prædicatio ab illis, quæ erant in præmissis.

6 Prædictum principium valet pro regulandis syllogismis affirmativis, & ex illo immediate oritur aliud pro negativis, scilicet, *illa, quorum unum est idem cum tertio cum quo alterum non est idem, non possunt esse eadem inter se*, cuius sensus patet in hoc syllogismo: *Petrus non est iustus; Petrus est nobilis: ergo nobilis non est iustus;* ubi unum ex extremis, scilicet *iustus non est idem cum tertio scilicet Petro; alterum, autem, scilicet, nobilis est idem cum illo.* Unde manifestè sequitur in consequenti distinctio inter *iustum*, & *nobilem*, & ratio est; nam si ea quorum unum distinguitur ab uno tertio alterum verò est idem cum illo, essent idem inter se; tunc sequeretur contradicatio, scilicet esse idem inter se, & non esse; essent, ut supponitur, alias non essent, quia implicant, aliquid distinguunt à Petro, & esse idem cum illo, quod est Petrus: ergo si *iustus* est idem cum *nobilis*, & non est idem cum Petro, respondeo Petri erit idem, & non erit idem.

7 Tertium principium est: *dici de omni,* & *dici de nullo.* Quod à præcedentibus solum distinguitur penes hoc, quod illa sumuntur in ordi-

ordine ad esse; hæc verò in ordine ad prædicti-
cati. Prima illius pars regulat syllogismos, af-
firmativos, & reddit hunc sensum: *Quidquid*
universaliter affirmatur de subiecto absolute
supponente, debet etiam dici de quocumque con-
tento sub subiecto. V. g. si de animali dicitur,
quod est substantia, sequitur quod de homine,
& de omni contento sub animali dicatur quod
est substantia. Quoad secundam partem, scilicet,
dici de nullo reddit hunc sensum: *Quidquid*
universaliter negatur de subiecto, negari etiam
debet de omni sub illo contento. V. g. si de ani-
mali dicitur, quod non est lapis, debet etiam de
homine, & omni alio contento sub animali dici,
quod non est lapis.

Ubi notandum, hoc principium non de-
servire ad regulandum syllogismum exposito-
rium; hic enim habet medium singulare, sub
quo nulla inferiora continentur, sed solum syl-
logismum, cuius medium est terminus commu-
nis potens per inferiora distribui. Et licet hoc
principium sit valde necessarium ad forman-
dum de scensum ab universalis ad inferiora. V. g.
omnis homo est animal: ergo Petrus est animal,
& Paulus est animal, tamen semper necessa-
rium est primū principium: quæ sunt eadem, &c.
à quo alia dependent; nam dici de omni necessa-
rio

Si o supponit identitatem , & dici de nullo , non
identitatem, seu distinctionem.

C A P U T X.

De regulis generalibus omnium figurarum.

EX principijs explicatis oriuntur aliquę regulæ , tum pro omnibus generales , tum speciales pro qualibet figura. Ex generalibus ergo prima est : *In syllogismo debent servari omnes proprietates logicales , seu terminorum ; si enim varietur suppositio , appellatio , ampliatio , aut restrictio , &c. non sit syllogismus , sed paralogysmus.* Excipe tamen suppositionem , quę provenit à signis , quę potest mutari de vniuersali in particularem , aut è contra. Et quia de suppositione , appellatione , ampliatione , &c. satis in proprijs locis dictum est , hic sedum restat advertendum , non debet aliquem terminum distribui in conclusione , qui non fuerit distributus in præmissis ; nam à non distributo ad distributum est mala consequentia. V. g. si dicas : *Omnis lapis est substantia ; nullus homo est lapis : ergo nullus homo est substantia* ; male argues , quia substantia in majori non est distributa , id est vniuersaliter

ter accepta, sed sumiter solum pro ea, quæ est in lapide, quia signum universale affirmativum non habet vim distribuendi terminos rematos, sed tantum proximos, scilicet distribuit subiectum, non autem prædicatum; at vero in conclusione *substantia* distribuitur, quia cum signum universale negativum habeat vim distribuendi tam terminos proximos, quam rematos in conclusione, quæ tale signum habet, distribuitur *substantia*, & accipitur pro illa, quæ est in homine. Ratio huius regulæ est; nam in syllogismo tantum possunt esse tres termini; sed mutata distributione essent quatuor, ut patet in syllogismo allato, ubi *substantia* in maiori supponit pro uno, & in conclusione pro alio: ergo.

2 Secunda: *Medium non potest ingredi conclusionem.* Ratio est, quia in syllogismo ex identitate extremitatum cum medio, arguitur identitas illarum inter se: ergo in conclusione tantum debent esse duæ extremitates inter se identificatæ, vel distinctæ. Adverte tamen, regulam debere intelligi de medio formaliter ut tali; nam bene potest sub ratione extremitatis conclusiōnem ingredi, dummodo cetera serventur, ut patet in hoc syllogismo: *omnis quantitas est accidens; sed quantitas est quantitas;*
ergo

ergo quantitas est accidens. Ubi sicut formaliter tantum sunt tres termini, esto quatuor apparent, ita ly quantitas ingreditur conclusio nem sub ratione extremi, cuius munus gerit, quatenus prædicatur in minori.

3 Tert. regula : *Ex puris negativis nihil sequitur.* Ratio huius est, quia conclusio aut esset affirmativa, aut negativa, sed neutra posset esse : ergo ex puris negativis nihil sequitur. Probatur prima pars: In conclusione affirmativa infertur identitas extreborum inter se ex identitate illorum cum medio in præmissis; sed præmissæ negativæ excludunt identitatem extreborum cum medio : ergo conclusio non esset affirmativa. Secunda pars probatur: Quia non potest concludi duo extrema non esse idem inter se, nisi unum illorum sit idem cum tertio, & aliud non sit idem ; sed in præmissis negativis nullum extrellum est identificatum medio : Ergo, &c. vbi nota, aliquas præmissas videri affirmativas, que tamen occulte habent negationem, ut hæc: *lapis differt ab Angelo*, in qua, & alijs similibus discurrendum est, sicut de negativis.

4 Quarta regula: *Ex puris particularibus ratione forme nihil sequitur.* Ratio est: In propositionibus particularibus medium non distri-

bui-

buitur completere, & consequenter potest superponere inadequatè, & secundum partem, scilicet in maiori pro uno, & in minori pro alio; & sic ex vi connexionis cum medio non sequitur connexio inter extreme; nam unum potest in maiori connecti cum medio secundum unam partem, & alterum in minori secundum aliam, darenturque vere quatuor termini. Id patet in hoc syllogismo: *aliquis homo est currens: aliquis homo est albus: ergo aliquod album est currens;* mala utique consequentia, quia eo ipso, quod denunt duo, quorum alterum currat, & sit nigrum; alterum vero sedeat, & sit album, præmissæ erunt veræ, & tamen consequentia erit mala; quandoquidem illud, quod currit album non sit.

Adverte tamen, præmissas quandoque videri particulares, re vera tamen universalis sunt, ut patet in hoc syllogismo: *Si aliquis homo currit, aliquod animal movetur; sed aliquis homo currit: ergo aliquod animal movetur;* in quo maior implicite universalis est, & æquivalens huic: *Quotiescumque aliquis homo currit, aliquod animal movetur.* Unde ly aliquis homo ampliatur, & fit universalis per particulam si, que idem sonat ac *quotiescumque.* Præterquam quod ille syllogismus est hypoteticus, hic autem solum agimus de cathegorico.

5. Quinta regula: *Conclusio semper sequitur debiliorēm partem;* & ideo si una præmissa est negativa, vel particularis, conclusio erit particularis, vel negativa, esto altera ex præmissis universalis, vel affirmativa sit; negatio enim, & particularitas minus nobiles sunt quam universalitas, & affirmatio. Ratio quoad negationem de sumitur ex illo principio: *Illa, quorum unum est idem cum tert. alterum vero non est idem, non possunt esse eadem inter se:* Sed in præmissa affirmativa unum extremum coniungitur cum medio, & in negativa unum extremum separatur à medio: ergo in conclusione, extrema, quia non sunt idem, debent per negationem disiungi. Alterius partis ratio est, quia esto in præmissa universalis unum extremum vniatur cum medio secundum se totum; in particulari tamen alterum extremum solus secundum partem vnitur cum medio: ergo in conclusione non possunt extrema esse coniuncti secundum partem, quia nequeunt in conclusione habere inter se maiorem connexionem, quam habuerunt cum medio in præmissis.

Hæc regula pro nunc solum explicatur quoad attributa propositionis ex parte formæ syllogismi se tenentia, ut sunt affirmatio, & negatio, particularitas, & universalitas. An-

autem sit verita, quod conclusio sequatur debiliorem partem ex parte materiae ita ut si una præmissa sit falsa, contingens, aut obscura, conclusio quoque sit obscura, contingens, & falsa? Dubium est pertinens ad Theologie proæmialia, & materiam de Fide. Hæc pro nunc sufficiunt: De quo forte in hoc opere longior erit sermo. Aliæ quoque solent assig-
nari regulæ pro qualibet figura in particulari,
sed nobis vissam est, illas omittere; nam consi-
deratis modis, & ordine propositionum in ipsis
intelligitar quidquid regulæ præcipiunt circa
universitatem, particularitatem, affirmatio-
nem, vel negationem talium propositionum.

CAPUT XI.

*De reductione syllogismorum imperfectorum
ad perfectos.*

Syllogismi alij sunt perfecti, & im-
perfecti alij. Perfecti sunt, in qui-
bus veritas evidentissime apparet in conclu-
sione; huiusmodi autem tantum sunt conclusi
in quatuor prioribus modis primæ figuræ, qui
pro inde regilantur immediatè per illa princi-
pia cap. 9: explicata. Imperfecti sunt reliqui
in

in cæteris modis fabricati, quorum consequen-
tia, licet necessaria sit, & negari non possit,
non tamen ita clariè patet vis illationis, ut non
possit evidenter ostendī, quod sit reducendo
cæteros ad modos perfectos, eosque sic pro-
bando. Ex quo intelliges, prædictos syllogis-
mos non dici imperfectos eo modo, quo en-
thymema; huic enim deest pars intrinseca, &
essentialis ad syllogismum necessaria, sed di-
cuntur imperfecti, quasi accidentaliter, quia
aliquid evidenter deest ut iudicentur eviden-
ter concludere. Potest autem reductio duobus
modis fieri, nempe *reductione per ostensionem*,
& *reductione per impossibile*, de quibus iam
agimus.

§. I.

*Explicatur reductio syllogistarum per
ostensionem.*

2 Reductio per ostensionem sic dicitur,
quia in illa ostendimus, & quali dictione de-
monstramus bonitatem syllogismi imperfecti,
eisdem propositionibus clariori, & perfectiori
modo dispositis, quin alia propositione extrema
adducatur. Pro quo nota primo: Quatuor

modos perfectos, scilicet, *Barbara*, *Celarent*,
Darij, *Ferio*, habere quatuor litteras initiales,
B. C. D. F. quibus litteris cæteri etiam modi
imperfecti incipiunt; & hæc correspondentia
denotat, quemlibet modum imperfectum re-
ducendum esse per ostensionem ad illum mo-
dum perfectum, qui eadem littera incipit;
ut *Baralipson* ad *Barbara*, *Cesare* ad *Celarent*,
Darapti ad *Darij*, *Festino* ad *Ferio*; & sic
de alijs.

Nota secundo: Quod in dictionibus, in
quibus sunt syllogismi imperfecti, reperitur
aliqua, aut aliquæ ex his litteris consonanti-
bus; ut, S. P. M. C. ex quibus, S, denotat pro-
positionem significatam per vocalem, que im-
mediatè antecedit litteram, S, convertendam
esse simpliciter: littera P, denotat propositionem
significatam per vocalem ipsam antece-
denter, convertendam esse per accidens; lit-
tera M, denotat, præmissas mutandas esse, ita
ut ex maiori fiat minor, & ex minori major.
Attende igitur in qualibet dictione, quot ex his
litteris reperiuntur, ut reductionem efficias,
quia in aliquibus solum reperitur una, ut in
Baralipson, *Celantes*, *Dabitis*, &c. in alijs
vero reperiuntur tres, & licet in *Frisesorum*
littera M, sit post tres vocales, tamen præmissæ
trans-

transmutari debent. Denique littera C, denotat, syllogismum factum in modo, in quo ipsa reperitur solum posse reduci per impossibile, quod debet intelligi, quando talis littera C, non ponitur in principio dictioonis, sed intra ipsam, quod contingit in solis *Bocardo*, & *Baroco*. Hæc omnia his duobus versiculis indicantur.

*Simpliciter verti vult. S: P, vero per acci;
M, vult transponi, C, per impossibile duci.*

4 Quibus intellectis, & servatis regulis, quas circa conversionem tradidimus, facile reduces quemlibet modum imperfectum ad perfectum. Sed claritatis gratia formemus syllogismum in modo imperfecto *Friesomorum* sic: *Aliquis homo est rationalis; nullus lapis est homo;* ergo aliquod rationale non est lapis. In primis quia hic modus incipit littera F, reduci debet ad *Ferio*, & quia constat duplice SS. debet præmissæ converti *simplicer*, & quia denique constat littera M, præmissæ mutari debent de maiori in minorem, & è contra. Sic itaque convertes: *Nullus homo est lapis, aliquod rationale est homo;* ergo aliquod rationale non est lapis.

Adverte tamen, quod modus imperfectus *Baralipson*, ubi concluditur particularis affirmativa, propriè non convertitur in universalem affirmativam, quia ex regulis conversionis jam traditis, particularis affirmativa non convertitur per accidens; atque ita conclusio de *Baralipson*, que sit universalis in *Barbara* potius reducitur ad suum statum naturalem, quam convertitur; in rigore igitur potius debet dici, conclusionem de *Barbara* converti in conclusiōnē de *Baralipson*, quia ut iam diximus, ubi concluditur universalis affirmativa, potest concludi affirmativa particularis, per coniunctionem per accidens.

6. II.

De reductione syllogismorum per impossibile.

Reductio per impossibile maiorem habet difficultatem, & non minorem confussionem. Dicitur per impossibile, quia negans consequiam cuiuscumque modi imperfecti, cogetur duas contradictiones, vel saltem duas contrarias simul veras concedere, quod est impossibile; & sit hoc modo: negata consequia seu conclusione syllogismi imperfe-

cti,

et, statim colligitur, seu inferitur contradic.
toria conclusio negatæ, quæ iuxta regulas
assignandas, ponenda est pro maiori, aut mi-
nori, ex qua cum altera ex propositionib.
concessis fiunt tales præmissæ, ex quib.
inferatur conclusio contradictoria præmissæ iam
concessæ, & cogitur adversarius, vel negare,
quod iam cocellerat, vel concedere duo con-
tradictoria simul vera.

6 Quia tamen condictoria conclusionis
negatæ aliquando pro maiori, & aliquando pro
minori debet ponni, quomodo in una quaque
figura sit constituenda, denotant hec carmina:
Prima Maior sit minor, & fit contradictio Maior.
figura. Dempro, Celantes, in quo pervertitur
Ordo.

Secunda. Servat Maiorem, variatque secunda
Minorem. Tertia Maiorem variat, servatque
Minorem.

Ex quibus tres regulæ, seu leges pro tribus
figuris deducuntur. In prima figura contradic-
toria conclusio negatæ ponitur pro maiori,
& maior syllogismi imperfecti pro minori, &
inferitur contradictoria minoris exclusæ, &
iam concessæ. Ab hac regula excipitui Celan-

ses, in quo contradic̄toria conicūssionis ponit̄ur pro minori, & minor de *Celantes* ponit̄ur debet pro maiori; & inserit̄ur contradic̄toria maioris exclusæ, & concessæ. In secunda figura, contradic̄toria conclusionis ponit̄ur pro minori, relicta maiori, & inserit̄ur contradic̄toria minoris concessæ, ponit̄urque pro conclusione. In tertia figura contradic̄toria conclusioñis negatæ assumit̄ur pro maiori, & cum minori, quæ antea erat, inserit̄ur contradic̄toria maioris concessæ.

7 Sed ut facile cognoscas ad quem modum perfectum quilibet ex imperfectis sit reducendus, has quatuor dictiones invenerunt Dialectici, nempe, *Nesciebatis*, *odiebam*, *lezare*, *Romanis*, in quibus reperiuntur hæ vocales A, E, I, O, littera A, significat *Barbara*. E, *Celarent*. I, *Darij*. O, *Ferio*; ob correspondiam harum vocalium ad vocales ultimas prædicatorum quatuor modorum. Deinde in prima dictione scilicet, *Nesciebatis* quinque vocales ex supra dictis invenies, suo ordine significantes quinque modos, seu syllogismos imperfectos primæ figuræ; nam E, correspōdet *Barallipton*; I, *Celantes*, & sic de alijs. In secunda autem dictione, nempe *Odiebam* reperiuntur quatuor vocales correspondentes quatuor

tuor modis secundæ figuræ : & denique in ultima dictione letare Romanis inveniuntur sex vocales similiter correspondentes sex modis tertiarum figure.

8 Ex quo intelliges ad quem syllogismum ex quatuor perfectis quilibet imperfectus reducendus sit. Sed ponamus exemplum, claritatis gratia. Si scire desideras ad quem modum perfectum reducendus sit syllogismus factus in *Dabitis*, attende primo ad quam figuram pertinet, & reperies ad primam spectare. Secundo inspice vocalem, quæ illi correspondet in *Nesciebatis*, quæ est dictio pro modis imperfectis primæ figure, & invenies tertiam vocalem illi correspondere, cum autem talis vocalis sit E, cognosces, reducendum esse ad *Celarent*, cuius conclusio (ut pote universalis negativa) per vocalem, E, significatur.

9 Faciamus ergo syllogismum in prædicto modo. •Omnis homo est risibilis: aliquod rationale est homo: ergo aliquod risibile est rationale. Si quis hanc consequiam neget, cogitur ad concedendas duas contradictiones simul veras, quod sic ostenditur: per te hoc consequens aliquod risibile est rationale est falsum: ergo eius contradictionem, nempè, nullum risibile est rationale debet esse verum. Tunc sic formo argumen-

mentum in Celarent: nullum risibile est rationa-
le (ecce contradictionem pro maioru.) Omnis ho-
mo est risibilis (ecce maiorem pro minori;) ergo nul-
lus homo est rationalis (ecce contradictionem mi-
noris exclusae, & concessae in priori syllogismo)
vbi nota, quod licet in reductione aliquorū syl-
logismorum (ut sunt qui sunt in Baraliptron, &
Fapesma) solēm deducantur dux contrarie simul
veræ; ex contrariis tamen simul veris duæ con-
tradictriae simul veræ colliguntur, ex dictis de
oppositione contraria.

CAPUT VLTIMUM.

De divisionibus syllogismi.

Non agimus hic de divisione syllogismi
ratione formæ, de qua supra satis dia-
ctum est (esse enim in hac, vel illa figura, in
hoc, vel illo modo pertinet ad formam syllo-
gismi) sed de divisionibus ratione materiæ, que
quia duplex est, scilicet, proxima, quales sunt
propositiones, & remota, quales sunt termini,
id est de divisionibus ratione utriusque agere
opōriet.

Ratione ergo materiæ proxime divi-
ditur syllogismus primo in cathegoricum, &
huius statim Cathegoricus est, in quo ram
præmissæ quam conclusio sunt propositiones ca-
thegor-

thegorice; ut omnis homo est animal. Petrus est homo: ergo Petrus est animal. Hypotheticus est, cuius premissa, vel una saltim est hypothetica, ut omnis homo currit, & loquitur. Petrus est homo: ergo Petrus currit, & loquitur. Secundo dividitur in simplicem, & modalem. Simplex est, cuius veraque premissa est propositio de inesse. Modalis, cuius veraque, vel altera tantum est propositio modalis. Tertio in affirmativum, & negativum. Affirmativus est, cuius veraque premissa est affirmativa. Negativus, cuius altera premissa est negativa.

Ex parte materie remorum dividitur syllogismus incomunem, & singularem, seu expositoriam. Communis est, cuius medium est terminus communis. Expositorius (quipi ita appellatur, quia est adeo clarus, & evidens, ut rem ante oculos exponere videatur; nam est de singulatibus nobis notis) est cuius medium est terminus singularis singulariter, & univocè tenus; id est, adeo indivisibiliter incommunicabiliter, & tali unitate sumi debet, ut non possit distribui, nec universalizari. Quia ratione isti termini Deus, & essentia Divina non suar. termini apti ad medium syllogismi expositorij; nam licet sint esse singulariter singulares, non tamen complete, & perfecte, quia equivalent communibus, &

re ipsa pluribus communicantur ; atque ideo universalizari , & distribui possunt. Et haec est ratio cur non valet : *Hic Deus est Pater : hic Deus est Filius: ergo Filius est Pater*: quia medium non singularizatur perfectè. Unde sumi debet ad modum termini communis , & perfectè distribui hoc modo: *Omne, quod est Deus, seu quid quid est hic Deus, est Pater: quid quid est Deus est Filius: ergo, &c.* Hoc modo consequentia bona est, sed præmissæ falsæ sunt.

Tandem ratione materię circa quam dividitur syllogismus in demonstrativum , topicum , & sophisticum . Syllogismus demonstrativus est, qui generat scientiam , qui procedit ex certis , & necessarijs , ac proinde facit conclusionem sciri . Topicus , qui etiam dicitur probabilis , seu tentativus) est qui generat opinionem ; procedit enim ex probabilibus ; ideoque facit essentiri conclusioni cum aliqua formidine . Sophisticus (qui , & diciunt falsigraphus ; seu apparens) est ille , qui generat errorem ; nam procedit ex apparentibus , & facit , ut circa conclusionem decipiatur . Quæ autem ex his divisionibus sint essentials , & quæ non . Vide Mast. 3. part. institut. tract. 3. cap. 11. Hec pro nunc sufficient ; de syllogismo enim demonstrativo , topico , & Sophystico ex professo in 3. parte Log. Magi. agendum est.

DE DIALECTICO INSTITUTIONUM, SEU
SUMMULARUM PARS SECONDA.

DIALECTICARUM INSTITUTIONUM, SEU
SUMMULARUM PARS SECONDA. IN QUА NON NUL-
LAE DIFFICULTATES CIRCA
TEXTUM SUMMULARUM EXAMINAN-
TUR.

PRIMAM PARTEM SUMMULARUM TEXTUALIEN,
& PER MODUM SIMPLICIS NARRATIONIS TRA-
DIDI MVS; NE STATIM TYRONUM MENTES ARGUMEN-
TORUM ILLECCHRIS, QUESTIONUM VE SUBLITATIBUS
IMPLICARENtur. modo in hac secunda p.rie non
nul-

nullas excitare placuit, quæ ad intelligentiam eorum, quæ dicta sunt, conducere possunt. Sed tamen non ita plures, ut RR. quidam consueverent; qui magnam partem metaphysicæ, & librorum de Anima immature hic exagitant; quo incipientes, vel nimis onerant, vel ab inicio deterrent. Sit ergo:

DISPUTATIO PRIMA.

Determino, & illius divisionibus.

Quæst. I. An definitio termini sit recte tradita.

1. **R**esolutoriè dicimus, definitionem termini per hoc, quod sit Extremum propositionis cathègorice; esse legitimam; cuius rationes dedimus 1. part., cap. 1. à num. 8. Nec in hoc amplius immorandum. Sed contra illam.

2. Arg. 1. Idem est terminus propositionis; ac extremitat proposititatis: ergo definire terminum per extremum est definire terminum per terminum, seu per se ipsam; & consequenter per aliquid quæcunque ignotum. Resp. neg. antec. Nam terminus ut sic, respectu termini logici est

ge-

genus remotum; extremum vero est genus proximum. Ratio est: quia terminus ut sic potest accipi pro termino Rethorico, Physico, & Logico, ex notatis in limine capitinis, at extremum solum potest sumi pro termino physico, & logico; proindeque extremum clarior est respectu definiti, quam terminus; quia minus divergatur, & confunditur intellectus per vocem significantem pauciora, quam per vocem significantem plura. Atque ita non est idem terminus propositionis, ac extremum propositionis; quia audiens vocem *terminus*, etiam apposita illa differentia *propositionis*, potest dubitare, an talis terminus sit qualibet dictio propositionis, vel saltim ultima, & extrema illius. At vero audiens *extremum*, addita differentia *propositionis*, determinate cognoscit, significare illa ultima, in qua propositione resolvitur, seu clauditur; & non quamlibet illius dictiōnem.

3. Arg. 2. Hæc definitio convenit alijs à definito: ergo est redundans. Prob. antec. Convenit propositioni, quia potest esse extremum alterius propositionis, ut videtur in ista: *Homo est animal est oratio;* ubi ly. *homo est animal,* est simul propositionis, & extremum; ergo convenit alijs à definito. Resp. neg. antec. Ad prob.

prob. dist. antec. convenit prepositioni formaliter, ut propositio est, neg. antec. formaliter, ut terminus est, conc. antec. Itaque ly *homo est animal* solum materialiter ibi est propositio; formaliter autem est terminus, quia gerit vices subiecti. Unde nunquam verificatur, quod propositioni conveniat,

4 Dices: nostra definitio convenit propositioni formaliter ut tali: ergo nulla est solutio. Prob. antec. convenit propositioni formaliter, ut enunciativa unius de alio, ut patet in hac propositione: *Homo est animal, est oratio enunciativa unius de alio*: in qua, praedicatum verificatur de subiecto formaliter, ut propositio est: ergo convenit propositioni formaliter. Resp. neg. antec. Ad prob. neg. antec. Ad imbibitam prob. dist. antec. *Homo est animal*, est oratio enunciativa unius de alio signata, & in se, con. antec. exercite, & sub munere terminandi, neg. antec. & conseq. Illa ergo propositio, *homo est animal*, dupliciter attendi potest: vel in se ipsa, & signata, seu secundum suam entitatem praecisam; vel exercite, & ut subest secundae intentioni subiecti, quae tali entitati advenit. In primo sensu est formaliter propositio, & non terminus; in secundo autem est formaliter terminus, sed non explicat formalitatem propositionis.

Pro

5 Pro maiori huius intelligentia nota , subiectum , v.g. posse sumi , vel materialiter , & pro substrato secundæ intentionis ; vel formaliter , & pro secunda intentione subiecti . Prædicatum itaque verificatur de subiecto , sump o materialiter , & pro substrato ; non vero de illo formaliter , & pro secunda intentione ; nam cum dicimus , *Petrus est homo* , prædicatum non dicitur de Petro ut subiecto formaliter , sed materialiter , seu de eo , quod est subiectum . Unde in casu argumenti , licet prædicatum verificetur de propositione formaliter , ut tali , non ideo propositio formaliter ut talis , est formaliter subiectum ; quia ratio formalis propositionis se habet ut substratum , & materiale respectu secundæ intentionis subiecti ; ideoque nunquam propositio formaliter , ut talis , est formaliter subiectum .

6 Arg. 3. Bona definitio explicat definitum per aliquid clarius ipso : sed hæc definitio , ita non explicat : ergo non est bona . Prob. min. explicat terminum per propositionem : sed propositio est obscurior termino , cum sit totum includens ipsum : ergo non explicat terminum per aliquid notius . Resp. neg. min. Ad prob. dist. mai. explicat terminum per propositionem cognitam quoad an est , conc. mai. cognitam

Q

quoad

quoad quid est, neg. mai. & dist. min. propositio est obscurior termino cognitione quoad quid est, conc. min. cognitione quoad an est, neg. min. & conseq. Cognitio quoad an est, est præcisè cognoscere, rem esse; cognitio quoad quid est, est cognoscere rem quidditativè, & quoad sua prædicata essentialia. Propositio ergo est notior, seu facilior termino cognitione quoad an est; nam sic totum est notius partibus, quia prius apparet intellectui; cognitione verò quoad quid est, est obscurior termino, quia habet maiorem cognoscibilitatem. Terminus igitur definitur per propositionem quoad an est cognitam, & sic per aliquid notius.

7 Arg. 4. Terminare propositionem convenit orationi imperfectę: ergo alijs à termino. Prob. antec. *Animal rationale* est oratio imperfecta; sed terminat hanc: *Homo est animal rationale*: ergo. Resp. Bayon. quod oratio imperfecta per accidens componit propositionem, quia formaliter est terminus complexus, qui est terminus non per se, & simpliciter, sed per accidens. Sed non placet, quia termino per se convenit propositionem terminare; sed terminus complexus est terminus, quia ly *Complexus* non est conditio distrahens, nec minuens, sed ponens in hac differentia, seu taleitate termini:

ergo

ergo per se terminat, seu componit propositionem.

Quare Resp. dist. antec. Convenit orationi sub ratione orationis, reg. antec. Sub alia ratione, conc. antec. Ad prob. conc. mai. dist. min. eodem modo. Ex eo enim, quod orationi imperfectae conveniat terminare propositionem, minimè verificatur, quod definitio termini alijs conveniat, quia non est oratio, & terminus sub eadem, sed sub diversa ratione formalí. V. g. *Animal rationale* est oratio imperfecta, & fundat secundam intentionem talis, quatenus ut totum respicit suas partes, sistendo ibi, & præscindendo ab hoc, quod utraque sit significativa. Est autem terminus complexus, quatenus est pars complexa, de se ordinabilis ad componendam propositionem, & aliunde determinatè petit, quod omnes partes separatae significant. •

8 Arg. quinto. Sicut ordinatur terminus ad componendam propositionem; ita ordinatur propositio ad componendum syllogismum; nam sicut prima operatio intellectus ordinatur ad secundam, ita secunda ad tertiam; sed propositio non definitur, quod sit extremum syllogismi: ergo nec terminus, quod sit extremum propositionis. Resp. dist. mai. Sicut

& eodem modo, neg. mai. Sicut, & diverso mo-
do, conc. mai. & min. neg. conseq. Ordinatur
terminus ad propositionem, & etiam ordinatur
propositio ad syllogismum; sed terminus, ut per
se pars ad totum; ideoque eius primarius con-
ceptus consistit in ordine, quem ut pars dicit ad
propositionem; propositio vero in se est quod-
dam totum, & ideo eius primarius conceptus
non consistit in ordine ad syllogismum, quia
totum ex se non est ordinabile ad aliud. Unde
in propositione ratio partis est esse secundum
quid, & presupponens esse totius; in termino
autem esse partis, est esse simpliciter, nullum
aliud esse presupponens, & hinc oritur, quod
licet terminus, & propositio ordinentur, sed
diverso modo.

9 Dices: Terminus mentalis est vere ter-
minus; sed terminus mentalis non est pars pro-
positionis mentalis, quia propositio mentalis
est simplex qualitas, ut diximus i. part. cap. 3.
num. 1. ergo de ratione termini non est ratio
partis. Resp. conc. mai. dist. min. Terminus
mentalnis subiectivè, non est pars propositionis
mentalnis, conc. min. obiectivè, neg. min. & dist.
implicit. prob. Est simplex qualitas subiectivè,
conc. Extrinsecè obiectivè, neg. Propositio
enim mentalis in se, & subiectivè est simplex
qua-

Qualitas, quia est unicus, & simplex & iudicis, quo iudicamus, v. g. hominem esse subiectum: Animal esse praedicatum, & est esse copulam; at obiectivè, & extrinsecè non est simplex qualitas, sed habet eosdem terminos, quos habet propositio mentalis obiectiva: v. g. homo est animal, quæ est obiectum propositionis formalis, & constituitur in esse talis per propositionem formalem, tanquam per formam extrinsecam. Unde ut mentalis sit verè terminus, & pars sufficit, quod talis sit obiectivè; nec quod talis sit subiectivè, requiritur.

10 Hinc reiectæ manent definitiones termini à Thomistis traditæ. Alij enim sic definiunt: *Est vox significativa ad placitum, ex qua simplex conficitur propositio.* Alij sic: *Est signum, ex quo simplex conficitur propositio.* Reiciuntur, in quam: Quia prima est diminuta; Cum non explicet terminum mentale, & scriptum. Et licet ex hoc capite possent tollerari, quia Philosophus definivit nomen, & verbum per voces tanquam nobis notiores, ut inde illæ definitiones accommodari possent conceptibus, & scripturis; tamen ex alio capite sunt diminutæ, quia non convenient vocibus non significativis, quæ, ut tales non sunt signa, cum tamen sint verè termini; ut postea probabilius.

Reijsitur etiam definitio à quodam nostrate in M. S. tradita, scilicet: *Est extremum formale artificij logicalis*; quam desumpit ex Patre Quiròs hic disp. 1. sec. 1. num. 4. ubi sic definit: *Extremum, ex quo logica compositio constat.* Et sec. seq. num. 20. magis explicitam proponit his verbis: *Terminus est dictio, in quam per se proximè logica compositio definit.*

Reijsitur, in quam primo: Hæc definitio convenit alijs à definito: ergo non est recta. Prob. antec. convenit propositioni formaliter ut tali; sed propositio formaliter, ut talis, non est terminus: ergo definitio convenit alijs à definito. Min. est certa. Mai. prob. Hæc definitio ait, terminum esse extremum formale artificij logicalis: sed propositio formaliter, ut talis, est extremum formale syllogismi, qui est artificium logicale: ergo hæc definitio convenit propositioni formaliter, ut tali. Mai. est AA. min. prob. Nam syllogismus ex propositionibus formaliter, ut talibus, proximè, & immediate fit; & in propositiones formaliter, ut tales, immediate, & proximè definit: sed hoc est propositionem formaliter, ut talem, esse extremum artificij logicalis: ergo propositio formaliter, ut talis, est extremum formale artificij logicalis.

Rejci-

Reicitur 2. Terminus ut sic, dividitur in subiectum, & praedicatum divisione univoca, & generis in species; ut nullus negat, & hic Scotista fatetur in limine, sect. 3. cap. 1. ergo nullus datur terminus logicus, qui non sit, vel subiectum, vel praedicatum. Tunc sic: sed extrema aliorum artificiorum logicalium praeter propositionem, nec sunt subiectum, nec praedicatum. argo non sunt termini. Prob. min. subsumpta, primo. Nam extrema orationis non sunt subiectum, aut praedicatum; quia oratio, ut talis formaliter, non enunciatur unum de alio; & ubi unum non enunciatur, seu dicitur de alio, nec est subiectum, nec praedicatum; alias omnis oratio esset propositio. Secundo. Quia definitio cum pertineat ad primam operationem intellectus, non enunciatur, seu praedicatur unum de alio; ergo per se in definitione, nec est subiectum, nec praedicatum: ergo non habet terminos logicos. Tandem: definitio huius Scotistæ est solum termini enunciatiivi, ut testatur ipse ubi supra: sed sola extrema propositionis sunt termini enunciatiivi, quia sola propositio est enunciatio: ergo nullum aliud extreum est terminus logicus.

Nec valet quod adducit ex Phylos. nempè, syllogismum, ut talem duplice extremitate conf

tare. Resp. enim, id verum esse, sed non ad rem; quia terminus logicus non est *quæcumque extremitas*, sed solum *subjectum*, aut *prædicatum*; quia iuxta Doct. quest. 1. *Prædicam. num. 4. v.* *Ad aliud, quod tangitur. Terminus significat idem, quod conceptus simplex*, quia transsumitur à *Geometria ad Logicam* ad significandum *indivisibile in propositionibus*; proindeque *extremitates syllogismi non sunt termini*, quia *propositiones indivisibilia non sunt*.

Quest. II. An terminus enuntiationis debeat definiri per compositionem, vel per resolutionem?

Terminus à nobis definitur: *est extremum propositionis.* Et inde insurgeit dubium an *ly extremum* opponat pro *extremo compositionis*; ita ut componere propositionem, sit primarius conceptus termini, an talis primarius conceptus termini sit resolvere propositionem? Nam utque conceptus in *ly extremum* reperitur. Pro resolutione.

Nota, quod totum componi nihil aliud est, quam distincta *vniri*, quia *compositio est distinctorum vnio.* Totum resolvi nihil aliud est, quam *vnita, vnione dissoluta, ad priorem Ita-*

statum revocari, nam resolutio est totius ad sua elementa, seu principia revocatio. Et est duplex: una Physica: Mentalis altera. Physica datur, cum uno realiter disolyitur. Mentalis, quando mente solum totum in suas partes dividitur, ut propositio, que potest resolvi in extrema, vel physicè, ea realiter separando, & tunc sit quando copula est (per quam subiectum, & praedicatum copulantur) aufertur; vel mentaliter, quod tunc sit, cum perseverante unione, intellectus singulas partes seorsim considerat, & designat quale sit subiectum, & quale praedicatum. Hoc notato

2 Dicimus: Terminus debet defniri per compositionem, & non per resolutionem. Et prob, ex Subt. Doct. lib. 1. Praedicam. q. 1. §. Item aliud. num. 2. Ubi de termino ait: Quod est per se pars subiecti considerati in lib. Perihermen, sed pars, ut pars componit, & non resolvit: ergo terminus debet definiri per compositionem, & non per resolutionem.

3 Prob. secundo: Quia entitas incompleta est per se ordinata ad componendum; haec enim est prima illius intentio; sed terminus est entitas incompleta, quia est pars propositionis: ergo primarius eius conceptus est

com-

componere, non propositionem resolvere. Con-

firm. Pars, & totum, dicuntur correlatives;

sed totum definiatur per compositionem, non

per resolutionem; non enim definiatur, quod

resolvitur in partes, sed quod componitur ex

partibus: ergo. pars definiti debet per

compositionem, & consequenter terminus, qui

est pars propositionis.

4 Prob. tertio: Conceptus resolutionis

est posterior compositione, nam unumquod-

que resolvitur in ea, ex quibus componitur, sed

terminus debet defiri per id, quod est prius

in ipso: ergo terminus definiendus est per

compositionem, non per resolutionem. Prob.

min. Definitio explicat essentiam rei; sed

quod primo intelligimus de re est eius essentia:

ergo si in termino prior est compositio, quam

resolutio, debet terminus definiri per compo-

sitionem, non vero per resolutionem.

5 Resp. Malpartida lib. 2. instit. dialect.

cap. i. num. 3. & 10. quod compositio est prior

resolutione physica, & resolutione mentali de

toto, iam fabricata; non vero resolutione men-

talii de toto, quod potest fabricari; nam dum

quis profundo examine perpendit quale de-

bet esse subiectum, & quale praedicatum ad

consciendi propositionem, adest illius reso-

Iutio, & adhuc non pervenit compositio, & sic patet quod compositio non est prior absolute resolutione, sed tantum resolutione physica, & mentali, de toto iam fabricato; non vero de toto fabricando.

Sed contra: Quia huiusmodi solutio est omnino improppria. Quis enim dicet, quod est resolutum, quod nondum est factum? Hæc enim nec est resolutio physica, nec mentalis. Non prima, quia resolvere, est unionem solvere, & qui quaerit partes, ut componat, non solvis unionem, sed illam quaerit, & intendit, cum compositio sit distinctorum unio. Nec secunda, quia resolutio mentalis stat cum actuali unione partium, ad quam adhuc non pervenit, qui extrema ad componendum querit.

Secunda: Resolutio mentalis de toto fabricando, per te, consistit in examine, quo quis perpendit, quale debeat esse subiectum, & quale prædicatum, ut ex illis fiat prepositio; sed definire per compositionem, nihil aliud est, quam mensurare, & prævenire partes, ex quibus propositione est construenda: ergo terminus per compositionem debet definiti.

Explicatur hoc: Quando quis conatur confidere propositionem, & ad hoc examinat, quibus terminis constare debet, quaerit terminos,

ut partes propositionis; sed cum explicatur terminus per rationem partis, non definitur per resolutionem, sed per compositionem, quia partes sunt quid incompletum, & per se ordinatum ad componendum: ergo.

- 5 Arg. primo. Arist. definit terminum per resolutionem. Sic enim ait lib. 1. Prfo r. cap. 1. *Terminum voco, in quem resolvitur propositionis, ut prædicatum, & id de quo prædicatur: ergo.* Resp. Philosophum definisse terminum syllogisticam, non autem enunciativum, de quo est dubium, sed permisso, quod terminum enunciativum definierit, nihil contranos, quia ibi non agit per se de termino, nec intendit essentiam propositionis docere, & explicare, hoc enim in lib. de Interpret. præmisserat, ideoque nullum erit inconveniens terminum per resolutionem definire; at hic intendimus naturam termini, & essentiam propositionis explicare, quo circa, non per resolutionem, sed per compositionem oportet terminum definire.

Resp. secundo: Quod resolvi potest sumi via destructionis, seu defitionis, quo sensu resolvi est totum abire in ea, que manent post eius destructionem, ut quando homo moritur, resolviatur in corpus, & animam, quia manent post mortem hominis. Et potest sumi via composi-

tionis, & tunc resolvi nihil aliud est, quam terminari intrinsecè adhuc stante vnione. Undè Arist. intelligendus est de hac resolutione, non verò de illa. Uide quæ diximus i. part. cap. i. num. 5.

6 Arg. secundo. In præsenti definitur terminus, vt terminus, sed terminus, vt talis, finit resolutionem; ergo definiri debet per resolutionem. Resp. conc. mai. neg. min. Quia terminus, vt talis, est id, quo clauditur propositio; nam terminus enuntiativus est ad similitudinem termini physici. Undè sicut terminus physicus Civitatis, v.g. non est, qui finit illius resolutionem, sed id, quod cingit, & claudit Civitatem; sic terminus logicus non est, qui finit resolutionem, sed qui cingit, & claudit propositionem; hoc enim est, quod primo in illo intelligitur.

Quest. III. An copula sit formaliter terminus?

I **L**iquimur de copula formaliter vt tali, & sub ratione nexus, vnionis ve extreborum; nam si materialiter sumatur, & vt subest alteri secundæ intentioni, poterit esse terminus; vt patet in hac propositione,

Copula est est verbum; sic enim habet rationem; & intentionem subiecti, de quo aliquid praedicitur. Similiter in propositione de secundo adiacente, qualis est ista, *Petrus currit*, *Iy currit* habet simul rationem copulæ, & praedicati; facit enim hunc sensum, *Petrus est currens*. Unde licet ut gerit munus praedicati, sit terminus; tamen, ut gerit vices unionis, & copule, dubium est. In quo.

2 Dicimus: *Unio*, seu copula propositionis formaliter, ut talis, non est terminus. Prob. primo: Terminus est extremum propositionis: sed copula non est extremum propositionis: ergo non est terminus. Mai. est definitio termini. Prob. min. Copula est medium extremonrum propositionis: sed medium essentia-
tialiter excludit esse extremum sub ea ratio-
ne, sub qua est medium: ergo. Secundo: Iux-
ta Phylos. terminus est subiectum, aut praedi-
catum: sed copula non est subiectum, aut pre-
dicatum, ut patet: ergo. Tertio: Terminus
est, in quem resolvitur propositione: sed in co-
pulam propositione resolvi nequit: ergo. Prob.
min. Propositio non resolvitur nisi in ea, que
manent post ipsius resolutionem: sed copula,
resoluta propositione, manere non potest; cum
sit formalis, & expressa extremonrum uno, que
con-

consistit in actuali exercitio vniendi: ergo.

3 Dices cum Bayona: Copulam esse extre-
mum propositionis, non quidem composi-
tionis, sed resolutionis eius; id est, quando
componit, est medium extremorum; quando
verò propositio resolvitur, copula est extre-
mum propositionis resolutæ; quia remanet si-
cūt subiectum, & prædicatum. Sed contrà;
De ratione vniōnis est, quod finito vniō, seu
composito, non remaneat, sed destruatur; vt
patet in hominē, qui non moritur, seu destrui-
tur, quoysque destruatur vniō inter animam,
& corpus; & ipso destructo, vniō non manet:
ergo à pari resolutio propositionis consistet in
eo, quod destruatur copula, & pereat, pro-
indeque non remaneat. Confirm. Implicat,
existere vniōnem duorum, & ipsa non esse
vnita; vt patet in corpore, & anima: ergo
implicat, existere vniōnem subiecti, & prædi-
cati, & hæc non esse vniita: sed solum vniōn-
tur in propositione: ergo existente vniōne,
existit propositio; & tune propositio non
existit, quando non existit vniō: ergo non
potest vniō remanere, non remanente propo-
sitione.

4 Dices iterum cum eodem: Sufficere,
quod post resolutionem mentalem propositi-
onis

nis copula mentaliter perseveret; potest enim quis in hac propositione, *homo est animal*, salva propositionis integritate, designare, & examinare in ea seorsim subiectum, copulam, & praedicatum; ac proinde copula terminat salutem mentaliter resolutionem propositionis.

Sed contrà. Tum: Quia terminus dicitur à terminando: sed talis non dicitur à terminando resolutionem, sed compositionem: ergo licet copula terminaret resolutionem, si non terminat compositionem, non erit terminus. Prob. min. Exercitum termini debet esse intra ipsam prepositionem: sed terminare resolutionem non exercetur intra propositionem, sed semper extra: ergo si copula ideo præcisè est terminus, quia terminat resolutionem, semper habebit exercitum extra, & nunquam intra propositionem; quod est contra omnes. Tum: Quia ad rationem termini non sufficit, quod aliquid ponatur in propositione, ut quid designabile seorsim ab alio; sed requiritur, quod in propositione sit extrellum claudens, & finiens illam: atqui copula licet seorsim designari possit, non tamen ut terminans, finiens aut claudens propositionem; sed ut medium clausum, & terminatum à duplice extremitate, subiecto, scilicet, & praedicato; ergo mentaliter

ter perseverare non sufficit ad rationem termini. Tum etiam: quia etiam in composito substantiali, v.g. homine, mentaliter designari potest materia, forma, & unio seorsim; immo stante homine datur causalitas conservati, materię, formę, & unionis distincte, & seorsim, ut patet: sed tamen haec designatione non sufficit, ut unio illa sit pars, aut terminus, sed est nexus, & medium: ergo nec resolutio mentalis sufficit, ut copula sit terminus, extremum, aut pars propositionis.

- 5 Arg. 1. In hoc syllogismo: *Omnis homo est animal: Petrus est homo: ergo Petrus est animal;* ly homo est medium syllogistici; & tamen est terminus non minus, quam extrema: ergo pariter ly est poterit esse extremum, quamvis sit medium in propositione. Confirm. Punctum continuativum dicitur à Philosophis terminus communis utriusque partis: ergo pariter copula dici debet terminus communis, in quo extrema enunciationis continuantur.

Resp. dist. mai. Ly homo est medium, cum quo identificantur extrema, conc. mai. medium quo, seu ratio formalis identificandi, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Medium enim syllogisti, non dicitur tale, quia sit ratio formalis identificandi extrema; non est enim identitas,

Sed idem ratione identitatis formalis, quam dicit relatè ad utrumque extremum. Undè non mirum, quod sit terminus. At copula est formalis ratio, seu medium quo vniendi subiectum cum prædicato; ideoque est medium quo, seu taliter, quod nequeat esse extremum vnitum per aliud medium. Ad confirm. conc. antec. neg. conseq. Discriumen est: quod partes per unionem continuativam, seu punctum non dicuntur immediatè unitæ inter se, sed in aliquo tertio ad modum glutinis vniens partes tabulæ. Undè puncta non sunt uniones quibus, sed in quibus per modum tertij uniti ipsæ partes vniuntur; ideoque bene possunt esse termini communes. At copula propositionis, ut diximus, est medium quo, seu formalis ratio vniendi non vero medium in quo, seu vnitum cum viroque extenso; ac proinde nequit esse terminus, vel extremum vnitum.

Arg. 2. Copula est pars propositionis; ergo terminus. Prob. antec. Copula est forma totalis, ad quam subiectum, & prædicatum comparantur ut materia: sed forma est pars præcipui compositi: ergo. Confirm. 1. Propositione affirmativa distinguitur essentialiter à negativa: sed hæc distinctio provenit ex eo, quod copula, ut talis, affirmatur, vel negatur: ergo

copula est pars propositionis. Patet conseq. quia distinctio essentialis nequit provenire, nisi à parte essentialiter constitutiva. Confirm. 2. in his propositionibus, *homo est albus*, *homo existit albus*; idem dicitur diversis terminis; sed diversitas se tenet ex parte unionis; quia subjectum, & praedicatum utrobique est idem: ergo unio est terminus. Confirm. 3. Id, per quod duo extrema secernuntur, est illorum terminus, ut patet in limite agrum ab agro dividente: sed copula negativa dividit, & secernit subjectum à praedicato: ergo erit terminus.

Resp. ad argum. copulam esse partem propositionis, cum sit forma propositionis; negando tamen ideò esse terminum. Ratio est: quia terminus debet esse materia, seu extremum claudens propositionem, seu subjectum, & praedicatum, in quo illa resolvatur; & cum propositione sit totum articiale, nequit in formam, seu copulam resolvi; nam artificialia composita, ut à naturalibus distincta, non resolvuntur in formam; quia forma artificialium est unio, quae nequit manere destructo composito. At in naturalibus forma non est unio, ideòque in formam resolvuntur; quod constat manifestè ex eo, quod destructo homine, remanet anima, quæ est forma; et destructa domo, non remanet forma.

258 Secunda pars Summ. Disp. I.

net forma, seu compositio. Ex quo ad primam
confirm. conc. totum, & nihil inde contra nos.

Ad secundam dicimus, in illis propositioni-
bus idem dici diversis terminis, sumpto termi-
no latè, prout idem sonat, quod dictio, seu
vox grammaticalis; non verò sumpto termino
dialecticè pro eo, quod claudit, & terminat re-
solutionem propositionis per modum subiecti,
aut prædicati. Ad tertiam conc. mai. neg. min.
Quia negativa verè est propositio, seu totum
artificiale; quod nequit stare, si extrema sunt
separata, & non unita: quomodo enim potest
fieri compositum, non unito, sed separando
partes? Vel dist. mai. claritatis gratia: dividit
extrema quod, seu obiectiva, conc. mai. extre-
ma quo, seu formalia, ex quibus artificialiter
constat, neg. mai. & dist. min. in eodem sensu,
neg. conseq. Cum enim dicimus, *Petrus non est*
lapis, dividuntur intentionaliter entitates Pe-
tri, & lapidis in se, non verò conceptus, voces,
aut signa, quæ sunt termini formales.

7 Arg. 3. In hac propositione, *homo est*
animal, de homine non tam prædicatur ani-
mal, quam esse animal: ergo copula est etiam
prædicatum: ergo terminus. Resp. neg. antec.
Nam esse non prædicatur, sed est ipsa prædica-
tio formaliter; sicut enim homo non est iden-
ti-

titas animalis, sed ratione identitatis est animal; ita ly est non est prædicatum, sed nota identitatis prædicati cum subiecto. Unde ad summum erit prædicatum, & subiectum ut quo, non ut quod, seu id, quod prædicatur.

Dices: Si copula saltim, ut quo est prædicatum, prædicabitur in consortio alterius: sed hoc sufficit ad rationem termini: ergo. Prob. min. hoc nomen *aliquis* est propriè terminus; sed solum potest prædicari in consortio alterius, saltim mente subintellesti: ergo pariter: Neg. suppositum mai. Nam copula ita est quo. prædicandi, ut nequeat esse quod, seu prædicatum. At nomen *aliquis* semper se tenet ex parte alicuius extremi cointegrans materiam, aut illam modificans, & ideo prædicatur in consortio alterius; secus copula, quæ non se tenet ex parte extremorum, ac proinde in nullius consortio prædicatur; alias etiam esset subiectum, cum etiam ex parte illius se habeat tanquam nexus veriusque.

8 Arg. 4. Terminus secundum Phyloso-
phum, est in quem resolvitur propositio: sed
resolvitur in copulam: ergo. Prob. min. Ideo
propositio resolvitur in subiectum, & prædic-
atum, quia destructa propositione, remanent;
sed etiam copula remanet; nam destruxta pro-

positione, manet in potentia, ut possit vnire prædicatum, & subiectum; sicut hęc manent in potentia, ut possint vniri; ergo.

Resp.conc.mai.neg.min. Ad prob. dist.mai. quia remanent ytcumque, neg. mai. quia remanent in potentia proxima, & adhuc cum ratione subiecti, & prædicati, conc. mai. & neg. min. & dist. implic. prob. manet in potentia remota, conc. proxima, neg. Solutio sumitur ex Arist. 1. per Hyerm. cap. 3. vbi ait, quod si verba secundum se sola proferantur, sunt nomina; idest subeunt vicem nominis, non tamen vicem verborum; quia non significant rem aliquam esse, vel non esse. Et rationem reddit his verbis; *Consignificat autem (verbum) compositionem, quam sine compositionis non est intelligere.* Unde extra propositionem ly est non servat rationem copulæ; quia copula est compositionis actualis, que non potest concipi sine partibus actualiter componentibus per illam. Subiectum vero, & prædicatum servant rationem talium; ac proinde manent, & terminant resolutionem eius. Et licet equa facilitate possit intellectus assumere verbum, ac extrema, ut iterum propositionem componat; non ideo ex parte illorum est & quę proxima potentia; quia extrema non sunt talia per exercitium terminandi, sed ha-

habent rationem termini, quam exercet intellectus. Copula verò cum essentialiter consistat in exercitio, ante assumptionem remanet sine essentia talis, & cum sola potentia remota.

9 Dices: Ideò propositio non resolvetur in copulam, quia non permanet propositione destructa: sed hoc non obstat: ergo. Prob. min. equus, & alia composita, præter hominem, resolvuntur in materiam, & formam: sed illorum forma post corruptionem non manet, sed destruitur: ergo potest aliquid resolvi in id, quod destruitur, & non manet: ergo idem de copula.

Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob. conced. mai. dist. min. & id evenit formaliter ratione desitionis totius, neg. min. ratione corruptionis propriæ, conc. min. & neg. conseq. Itaque formæ materiales terminant resolutionem compositorum; quia non desinunt esse formaliter ex vi desitionis totius, sed posterius per corruptionem sibi propriam, quatenus nequeunt conservari separatae à materia. Unde saltim à Deo possent conservari post desitionem totius. At formæ artificiales, qualis est copula desinunt esse formaliter per desitionem totius. Unde implicat posse conservari, etiam à Deo, destructo composito; ac proinde illæ possunt re-

minare resolutionem; secus verò illæ.

10 Arg. Tandem: cui convenit passio termini, terminus est: sed suppositio, quæ est passio termini, convenit copula; nam hæc vox copula, seu unio supponit pro copula extremitum: ergo. Conc. mai. neg. min. Nam hæc vox unio significat copulam, non formaliter, ut tamen, sed in ratione nominis, ut diximus; quia nunquam potest significare illam, ut in exercitio; ac proinde ut in exercitio uniendi non supponit pro illa; solum enim supponit, quando de copula aliquid prædicatur; ut si dicas, est est unio: & tunc non gerit munus uniendi, sed munus prædicati, aut subiecti.

11 Rogabis: An copula sit unio in propositione negativa? Resp. negativè. Quia copula, prout habet rationem unionis significat identitatem, connexionem, & convenientiam prædicati cum subiecto, ut patet in his: *Homo est animal*: *Petrus est albus*, sed in propositione negativa: v.g. *Homo non est lapis*, ly non, nō significat identitatem, connexionem, aut convenientiam, quin potius loco illius succedat convenientia identitatis, connexionis, & significatio disconvenientię, seu negatio convenientię: ergo copula in propositione negativa, non manet in ratione nichil, sed variatur in aliam diversam, & oppositam. Con-

Confirm. Quia forma propositionis est copula, sed forma constitutiva propositionis affirmativa est unio, connexio, & coniunctio: ergo forma constitutiva propositionis negativa, non est unio, nec connexio, nec coniunctio; sed contra, disiunctio, & divisio. Confirm. 2. Copula in propositione negativa pertinet ad secundam intellectus operationem, quia est iudicium; sed secunda operatio iudicij non est unio, nec compositio, sed divisio: ergo. Ex quo inferitur, quod affirmativa à negativa essentia litem differunt, sed de hoc postea.

12 Dices : Negatio praeposita copula, non auferit rationem unionis: ergo copula est unio in propositione negativa. Prob. antec. Negatio praeposita accidit copulae ergo non auferit rationem unionis. Prob. antec. Negatio praeposita verbo, pro ut habet rationem praedicati, accidit verbo : ergo negatio praeposita verbo pro ut habet rationem copulae, accidit copulae. Conseq. pat. apertitate rationis. Anteced. verò prob. In hac propositione *Petrus currit*; verbum significat cursum, & hunc Petro convenire; sed praeposita negatione eidem verbo, ut in hac *Petrus non currit* verbum significat cursum sicut ante, hac tamen differentia accidentalis, quod non significat

cat illum Petro convenire, sed potius significat non convenire: ergo.

Resp. nego antec. Ad prob. neg. antec. Ad prob. conc. antec. neg. conseq. Quia negatio negans est talis naturæ, quod destruit quidem, sed tantum illud supra quod immediatè cadit, non verò id supra quod cadit mediataè, itaque præposita verbo, quod simul est prædicarum, ut in hac; *Petrus non currit*, accidentiter solum mutat prædicatum, quia supra illud cadit tantum mediataè, quia sic resolvitur. *Petrus non est currens*. Copulam verò substantialiter mutat, & loco vniōnis, quam importat, in parte opposita collocat; nam illam destruit, quia negatio negans immediatè super eam cadit.

Ques. IV. An casus obliqui sint termini?

1 **R**esp. negative, quia casus obliqui nunquam ratione sui, & formam habere possunt manus subiecti, aut prædicati, sed quando ingreduntur propositionem est dependenter à recto, vel se habent per modum vnius cum subiecto, vel prædicato.

2 Arg. Subt. Doct. lib. 1. Prior q. 19. loquens de casibus obliquis ait: *Quod quando ponun-*

ponuntur solitariae, ut hominis est asinus, aut quando ponuntur cum recto, ita ut rectum præcedant, ut hominis asinus currit, tunc solum obliquum est subiectum propositionis: ergo falsum est casus obliquos non posse esse subiectum, sed se habere per modum unius cum subiecto. Resp. subiectum esse duplex, aliud attributionis, & aliud distributionis. Primum est, cui attribuitur prædicatum. Secundum est, quod vi alicuius signi particularis distribuitur, & applicatur cuilibet inferiori. Ut si dicas: *Cuiuslibet hominis asinus currit.* Ubi ly hominis distribuitur sic: *Huius hominis asinus currit,* & illius hominis asinus currit. Quando ergo dicitur. Doct. ait: Obliquum posse esse subiectum, loqui ur de subiecto non absolute, sed secundum quid, scilicet, distributionis, nec aliud vult, ut consideranu patebit. Nos vero, loquimur de subiecto attributionis, quale nequit esse obliquum, sed se habet per modum unius cum illo.

Dices: In omni bono syllogismo facto in prima figura, illud est subiectum maioris, quod est prædicatum minoris. Iste est bonus syllogismus, & in prima figura *Cuiuslibet hominis asinus currit.* Socrates est homo: ergo socratis asinus currit; sed in minori iste terminus

homo est absolute terminus, & non secundum quid, scilicet distributionis: ergo in maiori, iste terminus *hominis* erit subiectum attributionis, & non precise distributionis. Resp. Illum non esse optimum syllegismum, quia arguitur ad hanc secundum quid ad dictum simpliciter: ac si argueres *Petrus est homo mortuus*: ergo est *homo*. *Aetiops est albus secundum dentes*: ergo est *albus*, quia in maiori ly *hominis asinus* est extreum secundum quid, scilicet distributionis; in minori autem, ly *homo* est extreum simpliciter, & attributionis. Unde nihil valet.

Replicabis: Casus obliquus est terminus distributionis: ergo est simpliciter terminus. Prob. conseq. Cui convenit passio debet convenire essentia; sed distribui est passio termini, & convenit casui obliquo: ergo casus obliquus est simpliciter terminus. Resp. neg. conseq. Ad prob. conc. mai. neg. min. quoad primam partem. Quia distributio, nec convenit omni, nec soli termino; non omni, quia termini singulares, imo communes non affecti signo universaliter non distribuuntur, nec soli, quia obliqui, etiam distribuentur.

3 Arg. secundo: Casus obliquus significat aliquid per modum rei, & non per modum modi: ergo potest esse terminus. Antec. patet cum

cum erg. enim dico: *palium Petri*, non concipio Petrum, ut modum palij, sed ut rem, cuius est palium. Prob. conseq. Ideo adverbia relativa, coniunctiones, signa quantitatis, & alia syncathegoremata non sunt termini, quia non significant aliquid per modum rei, sed per modum modi, hoc est, sunt affectiones, & modificationes rerum: ergo si obliquus significat per modum rei, & non per modum modi, est terminus: Resp. neg. antec. Nam casus obliqui non significant nisi dependenter à recto: nam significatum huius obliqui, v. g. *leonis* dependet ab hoc recto *leo*, & hæc dependencia est quoddam genus modi, cum per illam adiaceat alteri, quod est proprium modi. Unde sicut nomen obliquum (licet idem significet ac rectum) non nominat, sic casus obliquus (est idem significet.) non terminat.

4 Ex dictis coliges: Debere excludi oratione propria termini, omnia illa, quæ se solis non valent propositionem terminare. Ut adiectiva, quæ significant rem per modum alteri adiacentis. Termini syncathegorematici, ut *omnis, aliquis, nullus*, qui licet seorsim significent; id tamen, quod significant dependet à re significata per terminum cathegorematum. Unde in ista: *Petrus est aliquis*, ita sub-

auditur ex parte prædicati homo, ut sensus sit
Petrus est aliquis homo. Et in hac : *omnis est*
terminus syncategorematicus subintelligitur
vox, & est idem, ac dicere : *hæc vox omnis est*
terminus syncategorematicus. Similiter con-
iunctiones, adverbia, relativa, quæ dum in
propositione reperiuntur, aut se tenent ex par-
te alicuius extremi, aut egerint alio ratione cuius
terminent propositionem.

*Quæst. V. Verum voces non significantes sive
 formaliter termini?*

1. **R**esp. esse terminos. Et prob. Cui
 convenit definitio termini, pro-
 priè terminus est: sed vocibus non significati-
 vis convenit termini definitio: ergo sunt termi-
 ni. Mai. & conseq. tenent. Prob. min. Ter-
 minus est extrellum propositionis: sed voces
 non significantes sunt extrema propositionis, ut
 patet in hac propositione, & alijs similibus:
Bliſſiri est trisyllabum: ergo sunt termini.

2. Dices: In illa propositione, & simili-
 bus *Bliſſiri* non esse terminum formaliter, sed
 solum materialiter; quia non componit propo-
 tionem formalem, sed solum materialem.
 Contrà: Huic propositioni, *Bliſſiri est trisylla-*
bum,

būm, convenient omnes formalites essentiales propositionis ; nam in primis est enunciatio-
va vnius de alio ; enunciat enim de *Bliktiri*,
quod sit trisyllabum ; & etiam est affirmativa,
& vera : ergo convenient ipsi omnes rationes
formales propositionis ; & consequenter erit
formaliter propositio.

3 Dices etiam ; esse propositionem for-
malem ; non tamen sequitur, *Bliktiri* esse ter-
minum formaliter ; quia propositio non veri-
ficiatur , nisi subintellecta aliqua dictione sig-
nificativa ex parte subiecti. Unde illa proposi-
tio idem valet , quod ista : *Verbum Bliktiri*,
sen vox Bliktiri est trisyllaba; ideoque *verbum*,
*put vox ibi subintellecta sunt subiectum forma-
le*, *Bliktiri autem materiale*.

Contrà : Nam in primis subiectum forma-
le est de quo formaliter aliquid prædicatur:
sed esse trisyllabum prædicatur formaliter de
Bliktiri ; & non de voce , aut verbo; alias pro-
positio esset falsa , quia vox est monosyllaba,
& verbum polisyllabum , neutrum autem tri-
syllabum : ergo. Confirm. Esse veram propo-
sitionem est enunciare rem , ut se habet à parte
rei ; seu veritas resultat ex identitate subiecti
cum prædicato: sed esse trisyllabum non iden-
tificatur cum voce , aut verbo , sed cum *Blikti-
ri*. ergo est subiectum.

Secun-

Secundo: Hæc propositio, *Bliktiri est vox non significativa*, est vera: sed hæc non potest habere aliquod subiectum, de quo verificetur formaliter nisi de *Bliktiri*; nam de voce, aut verbo non potest verificari, quod non sint significativæ: ergo. Tertio: Dato, quod in illa propositione subintelligatur vox, aut verbum, non sequitur, *Bliktiri* non esse formaliter terminum; nam ex hoc solum sequitur, non posse esse subiectum, aut prædicatum nisi in consortio alterius: sed hoc non tollit esse terminum formaliter; ut patet in hac voce *aliquis*, quæ formaliter est terminus apud omnes: & tamen solum in consortio alterius subintelligendo *aliquis homo*, aut *equus*, potest subiungi, aut prædicari: ergo.

4 Prob. secundo conclusio ratione communi, sed solida: Syliogismus habet pro formalis formam syllogisticam, & pro materia- li omne id, ex quo syllogismus fieri potest: sed syllogismus fieri potest ex vocibus non significativis, ut patet in isto: *Nullum Bliktiri est syndaxus: trisyllabum est Bliktiri: ergo trisyl- labum non est syndaxus;* ergo tales voces sunt materia remota syllogismi: ergo termini.

5 Arg. primo contra conclusionem: Si voces non significativæ essent termini, maxi- mè

mē sub ratione subiecti, & prædicati: sed ratio
subiecti, & prædicati, quam participant, non
reddit eos terminos: ergo non sunt termini.
Prob. min. Nam res ipsæ, quarum vnam de al-
tera enunciamus, eandem rationem subiecti, aut
prædicati retinent: & tamen sunt termini: erg.

Resp. esse disparitatem inter rationem subiec-
ti, aut prædicati rerum, de quibus loquitur,
propositio: & inter prædicatum, seu subiectum,
quod constituit *Bildiri*; nam res tantum sunt
prædicatum *quod*, seu obiectivum, non tamen
sunt partes propositionis constitutivæ. At vero
Bildiri habet utrumque; & est prædicatum
obiectivum, seu *quod*, & est simul prædicatum
formale, seu *quo*; & pars propositionis; & ideo
habet rigorosam rationem subiecti, & prædi-
cati.

6 Arg. 2. Propositio essentialiter est ora-
tio: sed de ratione orationis est, quod sit signifi-
cativa sive placitum: ergo voces non significa-
tives, non possunt componere propositionem.
Resp. ad rationem propositionis significativæ
sufficere, vnam partem significare, immo suffi-
cere significare unicum; nam Arist. definivit
orationem sic: *Est vox significativa ad placi-
tum, cuius partium aliquid significativum est.*
Et cum uno sit aliquid partium, sufficit, quod
uno significet. S Arg.

7 Arg. 3. Cui passio termini non competit, non competit termini essentia: sed suppositio, quæ est passio termini non competit voci- bus non significativis: ergo nec essentia termini. Resp. dist. min. Non competit ipsis supposi- tio formalis, quæ est acceptio termini pro re sig- nificata, conc. min. non competit ipsis suppositio materialis, quæ est acceptio termini pro se ipso, neg. min. & conseq.

*Quest. VI. Vtrum voces, scripturae, aut concep-
tus extra propositionem sint actu termini?*

I **S**upponitur 1. voces de quibus lo-
quimur, non terminare actu pro-
positionem, sed solum in potentia. Difficultas
est, an hæc potentia sit sufficiens, ut sint actua-
litèr termini? Supponimus secundo aliud esse
essentiam rei, & aliud exercitium essentiae: sicut
aliud est hominem esse rationalem, & aliud est
actualiter ratiocinare; sunt tamen aliquæ res,
quæ consistunt in exercitio; ut intelligere con-
sistit in tendentia intellectus ad obiectum, &
relatio in actuali exercitio referendi. Unde
inquirimus utrum ratio termini formaliter con-
sistat in exercitio terminandi, quod haberet so-
lum

Ium in propositione? An verò consistat in ali-
qua ratione, quæ adhuc extra propositionem
reperiatur? Supponimus tertio, differre inter
se hæc tria, vox, nomen, & terminus; vox enim
est sonus causatus ab ore animalis ex collisione
quarundam partium eius; nomen verò supra
entitatem soni addit significationem, quæ ipsi
advenit ab impositione hominum; terminus ve-
rò addit voci esse extremum propositionis.
His notatis.

2 Resp. voces extra propositionem actu
habere rationem termini. Hec est ferè commu-
nis. Et prob. i. ratione etiam communis: de ra-
tione essentiæ partis, sive naturalis, sive artifi-
cialis, non est actualiter totum componere; sed
sufficit, posse totum componere: sed terminus
est pars propositionis: ergo non est de essentiâ
termini actualiter propositionem componere.
Prob. mai. Anima separata à corpore, lignum
in formam capitis, vel brachij ab artifice dis-
positum, sunt actu partes, cum ordinentur ad
componendum totum; sed hoc habent, etiam si
actu non componant: erg. de ratione partis, sive
naturalis, sive artificialis, non est actualiter totū
componere: erg. licet vox extra propositionem
actu non componat, erit tamen terminus.

Confirm. Signum verè, & formaliter est

signum, quia ordinatur ad repræsentandum; quamvis actualiter non repræsentet: ergo partea terminis actualiter, non terminet propositionem, quia tamen ordinatur ad illam terminandam, erit formaliter terminus. Adde, quod terminus pertinet ad primam intellectus operationem; sed cum actu componit, potius spectat ad secundam: ergo non constituitur ratione termini per actualem compositionem.

3 Prob. 2. conclusio. Si essentia termini formaliter consisteret in actuali exercitio terminandi, terminus non pertineret ad primam operationem intellectus, sed ad secundam; quod apud omnes, est falsum. Prob. seq. Actuale exercitium terminandi includit rationem prædicati, & subiecti: sed relatio prædicati, & subiecti exercitè sumpti non potest esse sine propositione, que est secunda operatio intellectus: ergo terminus non ad primam, sed ad secundam intellectus operationem pertineret. Confirm. quia differentiæ termini, v. g. esse mentalem, vel vocalem, concretum, vel abstractum, communem, vel singularem, &c. reperiuntur extra propositionem, ut patet; non enim terminus fit abstractus, vel concretus, communis, vel singularis ex eo, quod actualiter componat propositionem: ergo

4 Prob. 3. conclusio: Verba posita in definitione (iuxta Dialecticorum commune prolo-
gium) non dicunt actum, sed aptitudinem; ergo verba in definitione termini aptitudinem, &
non actum dicunt: ergo ly extremum non de-
bet intelligi de actuali extreminatione proposi-
tionis, sed de aptitudinali. Dices: hoc verum
esse in definitione rei absolutæ, ubi actus, non
est de essentia definiti; non tamen in definitio-
ne relativorum (qualis est terminus) ubi actus
est de ipsorum essentia.

5 Contra 1. Licet verba in definitione re-
lativorum praedicalentalium dicant actum, &
consequenter petant actualem existentiam ex-
tremi ad quod referuntur; non tamen in defini-
tione relativorum transcendentialium, ut est
omnium doctrina: sed relatio termini ad pro-
positionem est transcendentalis, & non praedi-
calensis; ergo explicit terminus, non existen-
te propositione. Prob. min. quia relatio termini
ad propositionem est relatio partis ad compo-
nitum: sed hec est transcendentalis, ut patet in
relatione animæ separatae ad hominem non
existentem, ligni informam capitum ad statuam
nondum erectam: ergo est transcendentalis.

Contra 2. Actualis terminatio proposicio-
nis non est de essentia termini: ergo relatio ter-
minis

mini ad propositionem est transcendentalis. Prob. antec. Transacto exercitio terminandi, & destructa propositione, manet essentialiter terminus: ergo. Prob. antec. iuxta Phylosophum terminus est, in quem resolvitur propositione: sed nequit resolvi in terminum, si non manet terminus, transacto exercitio, & destructa propositione; quia nihil resolvitur in partes, quæ corruptiuntur per desitionem ipsius: ergo destructa propositione, manet terminus.

6 Arg. i. In physicis non dicitur actu pars, nisi quod actualiter componit; qua ratione lapides, qui sunt in monte, non sunt actu partes domus: ergo in logicis nequit dici actu terminus, nisi quod actualiter componit propositionem. Patet conseq. quia lapides habent potentiam ad componendam domum: & tamen non ideo sunt partes: ergo quamvis veces possint componere propositionem, non dicentur actu termini. Secundo. Posse subjici, aut praedicari non sufficit, ut vox actu sit subiectum, aut praedicatum: ergo nec posse componere sufficit, ut sit actu pars. Tertio. Terminus syllogisticus extra propositionem non est actu terminus: ergo nec terminus enunciativus. Quarto. Cui repugnat actus, repugnat potentia: sed termino extra propositionem repugnat

com-

componere: ergo repugnat ipsi potentia ad componendum. Quinto. Relatio consistit in actuali exercitio: sed omnis terminus est relatio: ergo consistit in actuali exercitio terminandi. Sexto. Terminus extra propositionem non est materia, nec forma: ergo nec pars; quia pars adaequatè dividitur in materiam, & formam. Septimo. Aptitudo, quam habet vox, ut imponatur ad significandum, non sufficit ad veram nominis rationem: ergo nec ad rationem termini sufficit aptitudo ad terminandum. Octavo. Vox extra propositionem non convenit suppositio, quæ est passio termini: ergo nec essentia termini. Prob. conseq. quia propria passio semper concordit essentiam: ergo si extra propositionem non supponit vox, non erit terminus. Nono. Quia alias eadem vox esset simul, & semel plures termini, & simul subiecta, & predicata, cum utrumque possit habere in pluribus propositionibus.

Resp. ad primum, quod adhuc in physici s est aliquid actu pars, quamvis actualiter non componat, si tamen ad hoc disputatum est. Quod ut clarius videas, nota, quod duplex est potentia: alia remota, quæ dicitur mera non repugnantia; alia proxima, quæ supponit rem constitutam in suo esse, & potentem operari;

v. g. Anti-Christus habet potentiam remotam ad ratiocinandum, non quia habeat actum principium ratiocinandi, sed quia potest illud habere; homo autem existens habet potentiam proximam, quia habet principium, nemptem, intellectum. Sic pariter lapis, dum est in monte, habet potentiam remotam, ut componat; quando vero diputatur, & politur ab artifice, ut ad hoc deserviat in domo, habet potentiam proximam; & hanc habet terminus extra propositionem. Quare in forma neg. antec. Ad exemplum dicimes, lapidem in monte habere solum potentiam remotam, non proximam. Ad prob. dist. antec. habent potentiam remotam, conc. proximam, neg. antec. & conseq.

Ad secundum, conc. antec. & neg. conseq. Quia esse subiectum, & praedicatum sunt differentiae, non termini, sed exercitiis ipsius, & solum competit ipsis intra propositionem, quoniam ibi solum exercetur ratio termini; esse autem actu terminum, est ipsius essentia, quae ante exercitium supponitur constituta.

Ad tertium, neg. antec. Quia tam syllogisticus, quam enunciativus est terminus extra propositionem; nam ratio termini syllogistici non est distincta a ratione termini enunciativi, nisi accidentaliter; id est, idem terminus haberet duplex

plex manus, aliud terminare propositionem; aliud assumi ad aliquid inferendum in syllogismo; ideoque hæc assertio non est nisi diversum exercitium eiusdem termini. Vel si velis dicere, terminum enunciativum, & syllogisticum distingui, dices: terminus syllogisticus extra propositionem non est terminus, quia extra illam non est in potentia proxima ad terminandum; attamen enunciativus extra propositionem est in potentia proxima, ideoque est terminus.

Ad quartum: Fribolum quidem, dicimus, aliam esse simultatem potentiae, aliam potentiam simultatis; simultas potentiae est potentia ad aliquid ponendum in a'lio statu; potentia simultatis est potentia ad aliquid in eodem statu. V. g. homo sedens habet simultatem potentiae ad currendum, quia adhuc sedens habet potentiam, ut cursum ponat post sessionem; habet verò potentiam simultatis ad ambulandum, & viderendum, quia simul potest vitrumque pondere. Unde dist. mai. Cui repugnat actus, repugnat potentia, cui repugnat actus, tam in sensu composito, quam in sensu diviso, conc. mai. cui repugnat in sensu composito, neg. mai. Et eodem modo dist. min. repugnat termino componere extra propositionem in sensu com-
po-

posito, conc. min. in sensu diviso, neg. min.
& conseq.

Ad quintum: Iam diximus, quod terminus est relativus transcendentalis; & hic non petit existentiam extremi, ut patet in relatione animæ separatae ad corpus. Ad sextum resp. Terminos non esse formam propositionis, sed materiam; quia forma est unio, seu copula; atamen extra propositionem sunt vere materia, licet non exerceant munus materialis nisi intra propositionem. Ad septimum: Reddimus disparitatem, iuxta dicta ad primum argum. Nam potentia, quam habet vox, ut ponatur ad significandum est mera non repugnantia; ac potentia termini extra propositionem est intrinseca, fundata in entitate termini. Unde potentia vocis est ad esse significativam; potentia vero termini supponit esse, & est ad operari, seu ad componere. Ad octavum: Si velis, suppositionem esse passionem propriam termini ve sic, dic: quod adhuc extra propositionem habet suppositionem; & nega antec. Si teneas, esse passionem termini, ut intra propositionem (ut nos assertimus) respondebis conc. antec. & neg. conseq. Quia suppositio non est passio essentiae termini, sed exercitij; ideoque sicut terminus datur ante exercitium, ita etiam datur ante

sup-

Suppositionem, quę est exercitij proprietas: Ad nonum resp. Quod non est inconveniens, quod eadem vox extra propositionem sit simul, & semel, & piures termini, & plura subiecta, & prædicata; quia hoc habet secundum diversam rationem, & in ordine ad propositiones diversas.

Colliges ex dictis, terminum dici à terminando, sed cum hac differentia: quod à terminando actualiter dicitur actu terminans, à terminando vero aptitudinaliter proximè dicitur actu terminus. Colliges secundo: Definitionem termini non esse quidditativam, sed descriptivam; quia datur per ordinem ad propositionem, qui est quid consequutum, & fundatum in essentia termini. Colliges tert. Talem ordinem esse transcendentalem, cum deatur in termino, adhuc non existente propositione.

Ques. VII. Examinantur aliquæ divisiones termini.

Rogabis primo: Qualis sit divisio termini in mentalem, vocalem, & scriptum? Resp. primo: Hanc divisionem esse accidentalem, & accidentis in subiecta.
prob.

Prob. quoties aliqua concreta accidentalia non important differentiam ex parte formæ, sed tantum ex parte substrati, aut subiecti, tunc divisio est accidentis in subiecta; ut cum dividatur albito in hominem, & equum: sed in hac divisione termini (qui est quoddam concretum) non est differentia ex parte formæ, seu secundæ intentionis, sed solum ex parte substrati; quia in mentali habet pro subiecto conceptum, in vocali vocem, & in scripto scripturam: ergo talis divisio est accidentis in subiecta.

2 Resp. secundo: Prædicta divisio est analogi in sua analogata. Hæc est contra Lerm. disp. 10. q. 2. Et prob. primo: Ratio termini propriè tantum reperitur in termino mentali, impropriè vero, & per ordinem ad mentalem in vocali, & scripto: sed hoc est divisionem esse analogi in sua analogata: ergo. Prob. mai. Terminis utimur ad aliquid affirmandum, vel negandum: sed affirmatio, & negatio propriè sunt in conceptibus, impropriè vero, & per ordinem ad conceptus in voce, & scriptura: ergo. Confirm. Propositio vocalis deservit ad aliquid affirmandum, vel negandum; ad dicendum verum, vel falsum: sed affirmatio, & negatio, veritas, & falsitas proprie-

priè reperiuntur in propositione mentali, in vocali autem, & scripta tanquam in signo expressivo iudicij mentalis; eo modo, quo dicitur, sanitatem contineri in urina, quatenus est signum sanitatis animalis: ergo ratio termini, quę ordinatur ad componendam propositionem affirmativam, vel negativam, veram, vel falsam, propriè convenit mentali, vocali vero, & scripto metaphoricè, & tanquam signis. Videatur Mastr. prima part. summ. tract. 2. cap. 3. n. 54.

3 Prob. secundo: Si terminus vocalis, & scriptus essent propriè tales, tunc Logica ageret per se de terminis vocalibus, & scriptis: nam Logica per se agit de terminis: sed hoc est falsum, ut tenent omnes: ergo voces, & scripturæ non sunt propriè termini logicales. Idem dic de divisione termini in cathegorematicum, & syncathegorematicum. Ratio est: Nam ratio termini propriè, & per se convenit termino cathegorematico, cum per se possit esse subiectum, vel praedicatum in propositione; syncathegorematiū vero, non nisi per accidens, & ratione cathegorematici, cui adiungitur; ideoque praedicta divisio est analogi in sua analogata. Vide de hoc Bayon. secunda part. Summ. q. 2. art. 9.

4 Dices cum Lerma: Secunda intentio par-

partis simpliciter participatur à termino mentali, vocali, & scripto sine dependentia unius ab alio: ergo prædicta divisio est univoca. Prob. antec. Omnes isti termini sunt simpliciter termini, & simpliciter respiciunt propositionem ut partes illius: ergo secunda intentio termini simpliciter participatur ab illis. Resp. neg. antec. Nam terminus vocalis, & scriptus substituuntur loco mentalium per accidens, & ratione status; quia mentales significare non possumus nisi medijs vocibus, aut scripturis, ideoque dependent à mentali; si enim hic non præcessisset, voces nihil significant.

Ex his patet, omnes alias subdivisiones termini vocalis ut sic, v. g. in univocum, & æquivocum, esse subdivisiones analogi in diversas species analogatorum. Nam si ratio termini vocalis ut sic, est analoga, sequitur, omnem terminum vocalem particularem esse analogè terminum, & non propriè participantem rationem termini ut sic. Sed adhuc.

5 Rogabis secundo: An divisio termini in univocum, & æquivocum sit bona? Supponimus, non esse essentialē, nec univocam, ex dictis. Resp. tamen, hanc divisionem esse bonam. Prob. Quia singula membra huius divisionis sunt inferiora diviso, & simul sumpta

ta exhaustiunt totum divisum: ergo talis divisione est bona.

6 Dices primo: Divisum huius divisionis convertitur cum uno membro dividenter: ergo non est bona. Prob. antec. Divisum est terminus univocus, scilicet, terminus in communione, qui significat sua significata, nemirum omnes terminos unico conceptu: sed unum membrum dividens etiam est terminus univocus: ergo. Secundo: Membra huius divisionis non exhaustiunt totum divisum: ergo. Prob. antec. Terminus analogus continetur sub diviso: sed non est univocus, nec æquivocous: ergo. Tertio: Membra huius divisionis non distinguntur inter se: ergo non est bona divisione. Prob. antec. Utrumque membra est terminus univocus: ergo non distinguntur. Prob. antec. Terminus æquivocus significat omnes terminos æquivocos unico conceptu, & propter conveniunt in ratione termini æquivoci: ergo est terminus univocus.

Resp. ad primum neg. antec. Ad prob. dist. mai. Est univocus accidentaliter, & denominative, seu ut quod, conc. mai. essentia-
liter, seu ut quo, neg. mai. Et dist. min. in-
eodem sensu, neg. conseq. Terminus itaque
ut sic, non est accidentaliter, & ut quo univocus
uni-

vnivocans, sed solum accidentaliter, seu vnivocatus *ut quod*; at terminus vnivocus est vnivocus vnivocans essentialiter; & *ut quod*. Unde divisum solum convertitur cum membro dividente denominativè, & accidentaliter; quod non obstar; nam cum universale dividitur in quinque praedicabilia, universale est genus denominativè, & accidentaliter, & sic convertitur cum uno membro dividente, scilicet, genere, quatenus ab illo denominatur; & tamen illa divisione est bona; ut dicemus in Log. lib. I. disp. 2. q. 4.

Ad secundum neg. antec. Ad prob. conc. mai. neg. min. Nam, *ut postea dicemus analogus*, sicut materialiter, coincidit cum vnivoco, vel æquivoco, iuxta qualitatem analogie; quia hæc est divisione termini ratione rei significatæ; quod sufficit.

Ad tertium neg. antec. Ad prob. dist. antec. Utrumque est terminus vnivocans, & eodem modo, neg. antec. diverso modo, conc. antec. Nam terminus equivocans solum est vnivocus vnivocatus, seu *ut quod*, aut accidentaliter, & denominativè, quatenus denominatur à secunda intentione termini vnivoci, qui est essentialiter vnivocus vnivocans, & *ut quod*. Unde distinguuntur essentialiter, & in suis

suis rationibus formalibus, esto unus coincidens
accidentaliter cum alio, ut diximus.

7. Rogabis tertio: An terminus æquivocus dici debeat unus; vel plures termini? Responde breviter in rigore solum debere dici unum, & non plures. Prob. Concreta accidentalia non multiplicantur ad multiplicationem formarum, si subiectum sit unicum, ut dicimus in Log. quamvis enim quis habeat plures artes, seu scientias, non dicitur plures artifices, aut scientes: sed nomen æquivocum est compositum accidentale, dicens pro materiali vocem, & pro formalis significationem: ergo cum materiale, seu vox sit unica, sequitur, esse unum terminum, quamvis significatio multiplicetur. Benè verum est, quod, ut ait Subt. Doct. q. 8. elench. terminus æquivocus potest dici multiplex extrinsecè, & denominativè, vel formaliter, & ipsum materialiter, quatenus est una vox plures habens significationes; seu potius dici potest unum multiplex, seu unum complicans multa. At loquendo de ipso in concreto, debet dici unicum ob rationem allatam. Nec aliud vult Doct. Subt. si attente legatur; solum enim admittit multitudinem formalem, seu ex parte formæ.

8. Rogabis quarto: An reperiri possit
T æqui-

æquivocatio in mente, sicut in voce? Resp: negativè; & prob. terminus æquivocus est, qui sua significata pluribus conceptibus repræsentat: sed unus conceptus non potest sua significata repræsentare pluribus conceptibus: ergo. Secundo: Dari æquivocationem in mente nihil aliud est, quam dari unum conceptum repræsentantem plura, ut plura sunt: sed hoc implicat: ergo. Prob. min. Conceptus est naturalis imago, & similitudo obiecti: sed nequit idem esse imago, & similitudo plurium, ut plura sunt; nam plura, ut plura, & ut diversa nequeunt esse inter se similia, nec per eamdem imaginem repræsentari: ergo.

9 Rogabis quinto: An analogum mediet inter univocum, & æquivocum? Et sermo non est de ipso termino, aut voce, sed de re per ipsam significata. Resp. analogum materialiter sumptum, & pro ipso prædicato, quod denominatur analogum, non mediare inter univocum, & æquivocum, sed cum alterutro coincidere; ita ut res analoga semper sit conjuncta cum univocatione, vel æquivocatione; formaliter vero, seu ut dicit formalem analogiam, mediare inter univocum, & æquivocum, nec cum alterutro coincidere. Ita Subt. Doct. in primo dist. 8. q. 3. § Ad argumenta. v. Ad aliquid

afud. n. 12. vbi ait: Quod unitas attributionis non ponit unitatem univocationis; potest ramen stare cum ea, licet hac formaliter nominetur illa.

Prob. prima pars: Analogia enim, vel participant intrinsecè rationem communem, cum aliqua tamē inæqualitate, & dependentia unius ab alio; vel amborum ad tertium, ut ratio entis respectu Dei, & creaturæ; nam creatura participat rationem entis, cum dependencia à Deo; & ratio animalis, quæ inæqualiter, & perfectiori modo est in homine, quam in equo; vel solum primum analogatum denominatur intrinsecè à forma sibi inexistente, cetera verò extrinsecè, & præcise ratione habitudinis ad primum analogatum; ut sanum, quod intrinsecè, & formaliter solum est in animali, in urina verò solum tanquam in signo, & in medicina tanquam in causa: sed prima analogia coincidunt materialiter cum univocis, secunda verò cum æquivocis: ergo analogum materialiter semper est univocum, vel æquivocum, & nunquam medium inter ista.

Secunda verò pars prob. ex Doct. Subr. vbi supra: Unitas analogiae est maior unitate æquivationis; nam hæc est unitas solius nominis, supra quam analogia addit unitatem

attributionis, vel proportionis, & est minder
vnitate vocationis; quia licet sit intrinseca
participatio eiusdem praedicati, seu rationis,
non tamen æqualis: atque vnitatis, que respectu
duorum est maior una, & minor alia, nequit
formaliter cum altera coincidere: ergo mediat
inter maiorem, & minorem vnitatem. Argu-
menta, que hic fieri possent, ex distinctione
inter analogum materialiter, & formaliter
sumptum, facile dissolvuntur; ideoque ab illis
abstinemus. Vide Mastr. disp. 2. Log. q. 34
artic. 3.

*Quæst. VIII. An hic terminus Deus sit
terminus communis?*

Supposita veritate Fidei, quod Deus
sit essentialiter singularis, & non
possit esse nisi unus: inquirimus, an terminus
Deus sit terminus communis? Et non est du-
bium an sit terminus communis ex parte rei
significatae? In hoc enim sensu negativè res-
pondendum est; non enim correspondent illi
in re plura significata, seu inferiora, de quibus
singulis possit affirmari, cum non sint in re
plures Dij, quod requiritur ad rationem termi-
ni communis.

Nec

Nec dicas, illi correspondere ex parte rei plura, de quibus prædicatur, scilicet, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Neg. enim antea Nam Deus est nomen naturæ, non Personæ, et proinde non correspondenti illi pluta significata, sed plura supposita sui significati.

Nec iterum dicas, quod Deitas ex parte rei significatę est communis pluribus personis, quod sufficere videtur. Resp. enim, esse communem, pro ut commune opponitur notionali, non verò ut opponitur singulari; & cum commune, & singulare sint correlativa, ideo ad rationem termini communis requiritur pluralitas singularium, in quibus significatum formale multiplicetur; quod in Deo non contingit. Dubium itaque est, an sit terminus communis ex parte nostri modi imperfclē cognoscendi, & significandi. In quo.

2. Resp. affirmativè, nempe, Iy Deus esse terminum communem dialecticè. Hanc tenent communiter Thomistę, & plures ex nostris. Prob. Ut aliquis terminus sit communis dialecticè, satis est, quod ex modo significandi significet plura, vel potius unam naturam seorsim affirmabilem de pluribus: sed hic terminus Deus ita significat: ergo est communis dialecticè. Mai. patet; Nam dialectica solam

attendit ad modum significandi. Prob. min. Hic terminus Deus significat naturam Divinam præcisivè à singularitate: ergo significat unam materiam affirmabilem de pluribus. Antec. patet: Quia licet natura Divina, & singularitas sunt formalissimè idem, duobus tamen conceptibus inadæquatis attingitur natura, & singularitas. Prob. conseq. Quia non est aliud impedimentum ad hoc, ut Deus concipiatur, & significetur, ut affirmabilis de pluribus, nisi quatenus concipitur ut singularis: sed per hanc vocem Deus non concipitur, nec significatur, ut singularis: ergo.

3 Prob. secundo: Ideo hic terminus Deus non esset communis, quia Deus essentialiter est singularis: sed hoc non obstat, vi ex modo significandi sit communis: ergo. Prob. min. Albedo est essentialiter accidentis aptum inheritance subiecto; & similiter procedere, & intelligere in Deo sunt eterna: sed tamen albedo ex modo significandi est nomen substantivum; & hec verba *procedo intelligo* dicta de Deo significant cum tempore: ergo licet Deus sit essentialiter singularis, ex modo tamen significandi, quia non explicat singularitatem, erit communis.

4 Prob. tertio: Si hoc nomen Deus esset ter-

terminus singularis, per tale nomen statim conciperetur ut singularis, & unus : ergo impossibile esset, Gentiles afferuisse, plures esse Deos. Prob. conseq. Nam per hoc nomen Deus conciperent ens essentialiter singulare, & immultiplicabile : ergo non possent concipere naturam Divinam multiplicatam in pluribus. Inde colliges, ly Deus non esse terminum communem dialectice respectu personarum, vt non nulli existimabant ; nam ex dictis, terminus sic communis contraponitur singulari, & personae non sunt plura singularia naturae Divine. Dicitur ergo communis, quia ex modo significandi non repugnat Deitati pluribus singularibus naturis communicari.

5 Arg. Deus essentialiter est singularis: ergo nequit concipi, aut significari per terminum communem. Prob. conseq. Nequit res concipi cum praedicato opposito ei, quod sibi essentialiter competit; sicut qui essentialiter est iustus, nequit concipi ut iniustus: sed commune opponitur singulari: ergo. Confirm. primo: Deus non minus est singularis, quam Petrus, v. g. sed Petrus nequit concipi sine singularitate: ergo nec Deus. Confirm. secundo: Si Deus conciperetur ut communis, conciperetur ut potentialis, ut indifferens, &

contrahibilis per plures differentias: ergo conciperentur plures Dij singulares possibles, quod est chymeticum.

Resp. dist. antec. In re, seu ex parte rei significatę, conc. antec. ex modo, quo significatur, neg. antec. & conseq. Ad prob. dist. mai. Si concipiatur adæquate, conc. mai. si inadæquate, neg. mai. Et conc. min. neg. conseq. Licet namque Deus in re sit essentialiter singularis, ex modo autem, quo à nobis apprehenditur, & significatur, per hoc nomen Deus, non concipitur ut talis. Unde quamvis in re essentialiter repugnat plures Dij, non tamen repugnant essentialiter ex modo concipiendi naturam Divinam; ac proinde ex modo significandi non repugnat in pluribus divinis repetiri.

Ad primum confirm. dist. mai. ex parte rei, conc. mai. ex parte modi significandi, neg. mai. Et conc. min. neg. conseq. Disparitas est: Quod nomen Petrus est nomen impositum singularitati, aut singulari. Unde percepta significacione vocis, statim expressè obiectum intellectui singularitas. At nomen Deus est impositum naturae, à nobis inadæquate conceptæ, non vero singularitati; ideoque potest concipi inadæquate præcisivè à singularitate,

tate, & ut quid commune pluribus singulari-
bus ex modo significandi. Ad secundam con-
firm. conc. totum loquendo de eo, quod ex par-
te nostri intellectus imperfectè apprehenden-
tis, & concipientis contingit. Nec in tali con-
ceptione reperitur salitas, quia abstrahentium
non est tuendacium.

6 Dices: Non minus opponitur singulari-
tas communitati, quam simplicitas composi-
tioni: sed quia Deus est essentialiter simplex,
nequit concipi, ut compositus: ergo quia essen-
tialiter est singularis, nequit concipi, ut com-
munis. Resp. conc. mai. dist. min. conceptu adæ-
quato iudicativo, conc. min. inadæquato, &
apprehensivo, neg. min. & conseq. in eodem
sensu. Sicut enim Deo non repugnat composi-
tio rationis, seu per conceptus inadæquatos, ut
dicemus in Metaph. disp. 1. quest. 4. ita nec re-
pugnat communitas per inadæquatos concep-
tus, seu ex modo concipiendi naturam Divi-
nam. Et per hanc doctrinam omnia argumen-
ta, quæ fusa à Thomist. afferuntur, disolvi pos-
sunt.

7 Nota tamen, quod hic terminus Deus
est positivè communis dialectice, & non tan-
tum negativè, ut videtur tenere Thomistæ,
principiæ Bayonæ; nam terminum esse negati-
vè

vè communem est, nec esse singularem; nec non singularem; & si hoc ita esset, non magis hic terminus esset communis, quam singularis; quod est recedere à conclusione. Debet ergo dici, quod sit positivè communis, non ex parte rei, sed ex modo significandi.

8 Nota etiam, Deum ut significatum per tale nomen esse solum communem dialecticè, & quoad vocem, non logicè, & quoad rem significatam. Ratio est: quia univ ersale logicum habet necessario, & indispensabiliter profundamento naturam potentem esse in pluribus inferioribus; quae requirit plurium inferiorum possibilitatem; quod in Deo non contingit. De quo amplius in Logica, lib. 1. disp. 2. quest. 5.

DISPUTATIO II.

De signo.

Quest. I. Virum definitio signi sit bona?

REsp. affirmativè. Prob. Optima definitio constat genere, & differentia; talis est definitio signi: ergo est bona. Prob. min. Nam ly ad representandum ponitur

tur loco generis, in quo conuenit signum cum obiecto se ipsum representante, quod tamen signum non est; ly alia dà se est differentia quę excludit à ratione signi res, quę obiective re præsentant se ipsas: ergo constat genere, & differentia.

2 Arg. primo: Imago Cæsaris represen-tat aliud à se, & tamen non est signum: ergo tradita definitio non est bona. Pro min. Non est signum naturale; nec ad placitum: ergo non est signum. Conseq. patet; nam à diviso ad membra dividentia simul sumpta, tenet con-seq. affirmativè, & negativè. Prob. antec. quoad 1. part. quia imago non à natura, sed ab arte, habet, quod repræsentet: ergo non est signum naturale. Prob. etiam quoad secundam, quia imago Cæsaris repræsentat Cæsa-rem ratione naturalis propositionis, quam ha-bet cum Cæsare, ita ut aliud ab illo nequeat repræsentare: ergo non est signum ad placitum, hoc enim ad naturalē proportionē non at-tendit, sed præcise à voluntate hominum ori-ginem trahit.

Resp. con. mai. neg. min. Ad prob. neg. antec. quoad prim. part. Ad prob. dicimus: Quod dependet quidem ab arte, sed solum, quoad fieri, non vero quoad repræsentare; nam ima-

imago, post quam est facta, independenter ab arte representata, ob naturalem proprietatem, quam habet cum prototypo, quod ad naturale signum requiritur.

3 Dices: imago Cæsaris semel facta, non omnibus Cæarem representat: ergo non est signum naturale. Pater conseq. Quia signum naturale, sicut à natura habet representare; ita etiam à natura facit in cognitionem signati devenire. Prob. antec. Quia non habenti notitiam Cæsaris, non dicit in cognitionem illius: ergo non representat Cæarem omnibus. Resp. dist. antec. Non omnibus representat Cæarem defectu relictus: neg. antec. defectu obliqui: conc. anc. Ad prob. dist. antec. Non dicit defectu obliqui: conc. antec. defectu recti: neg. antec. & conseq. Imago enim ex se est similitudo naturalis sui prototypi; unde secundum se habet omnia requisita ad signum naturale. Cæterum, ut actu representet, requiritur notitia objecti representati, non ut quid rectum, & esse entiale requisitem, sed ut connotatum, & oblicuum, quia talis notitia exigitur non ad actum primum; sed ad exercitium, & actum secundum representandi.

4 Arg. secundo: Datur aliquod signum, quod non representat; ergo definitio signi non est

Est bona. Prob. antec. *Nihil* est signum, sed non representat, quia si representaret, esset nihil, & quod nihil representat, non representat; ergo datur aliquid lignum, quod non representat.

Respondent Bayona, & Froylan. *Nihil* esse signum, quia licet ex parte rei significare nihil significet, tamen ex parte modi significandi ipsum *nihil* sic significat, ac si esset aliud. Sed contra: Quia si *nihil* ex parte modi esset aliquid, ex parte modi non esset nihil: ergo esset *nihil*, & non esset nihil. Secundo: *Nihil* ita est nihil, ut implicit est aliquid, sicut aliquid ita est aliquid, ut implicit est nihil: ergo numquam potest nihil significare, ac si esset aliquid. Tertio: A quo habet nihil aliquid representare? Non à natura, quia semper, & ubique aliquid representaret; nec à voluntate hominum, cum à nullo sit impossibile, quod nihil aliquid representet, immo communis auctoritate recepium est, quod nihil, & aliquid opposita representent.

Quarto: Quod est omnino immutatum non potest nunc se ipsum significare; nunc aliquid à se ipso distinctum representare; hęc enim sine aliqua mutatione non possunt evenire; sed nihil est omnino immutatum: ergo sem-

semper obiectivè representar; & non formaliter. Nec intelligi potest quid sit ille modus ratione cuius significat aliquid, quod ex se non significat.

Resp. Itaque neg. antec. Ad prob. neg. mai. Nam nihil se ipsum obiectivè tantum representat; ideoque non est signum, quia de ratione signi est aliquid aliud à se repræsentare, ut signum, & signatum debeant realiter distingui.

5 Arg. tertio: Definitio convenit alijs à signo: ergo non est bona. Prob. antec. convenit speciei impressæ: sed species impressa non est signum: ergo convenit alijs a signo. Prob. mai. Species impressa representat aliud à se; sed aliud à se repræsentare est definitio signi: ergo convenit speciei impressæ. Confirm. *Blixtiri* non est signum, & tamen representat: ergo repræsentare convenit alijs à signo. Prob. min. Nam *Blixtiri* representat conceptum, quia statim ac auditur hęc vox, nobis innotescit loquentem illam mente concipere; nam quod ore proferatur, mente concipitur: ergo aliquid aliud à se representat.

Confirm. 2. *Blixtiri* representat alia plura distincta à proprio conceptu; sed non est signum alterius rei distinctę à conceptu sibi proprio: ergo definitio signi convenit, non signo.

Prob.

Prob. mai. Quia in hac propositione: *Omnē Bl̄ctiri est trysillabū accipitur Bl̄ctiri*, pro pluribus distinctis à proprio conceptu, scilicet pro alijs vocibus à se numero distinctis: ergo repræsentat alia piura distincta à proprio conceptu.

Resp. ad tertium, neg. antec. Ad prob. dist. mai. Speciei impressæ convenit repræsentare virtualiter, conc. mai. Formaliter, neg. mai. Ad prob. dist. mai. & min. eodem modo, neg. conseq. Nam species impressa eodem modo, quo repræsentat est signum, repræsentare autem convenit speciei impressæ tantum virtualiter, & per modum principij, quia se tenet ex parte obiecti, cuius vices gerit, & est virtualis similitudo illius, quod ad rationem signi, non sufficit; nam quod ita repræsentat non dicit in cognitionem alterius formaliter, & in actu secundo, sed tantum virtualiter, & in actu primo, scilicet, quia est principium productivum actus, quo formaliter devenitur in cognitionem proprij obiecti.

Ad prim. confirm. neg. min. Ad prob. neg. antec. Ad implicit. prob. Dicimus; quod audita hac vece: *Bl̄ctiri*, licet nobis innoteſcat à loquente fuisse conceptam, tamen conceptus per talēm vocēm repræsentatus, non est signarū, quia nō repræsentat illum ad placitum, eo quod non est im-

imposita ad illum representandum, nec à natura, ista enim non ordinavit *Blättiri*, ut conceptum repræsentet, sicut destinavit suum ad representandum ignem, alias semper, & ubique illum repræsentaret, & consequenter absque prolatione conceptuum manifestaret. Itaque quando ore profertur, infertur, quod mente concipiatur, non ut signum, & signatum, sed ut obiectum cognitum, quod signo, & non signo convenit.

Ad secund. neg. mai. Ad prob. dist. antec. Accipitur pro pluribus distinctis materialiter, & obiectivè, transfeat. Formaliter, & in esse signi, neg. antec. & conseq. Non enim datur *Blättiri*, quod sit pluribus alijs commune, quia nullam importat naturam, sed vocem tantum. Sed permisso, quod ex modo significandi repræsentet, ac si esset commune, & de pluribus affirmabile, adhuc non potest accipi pro pluribus distinctis formaliter, & in esse signi, non defectu subordinationis, ut malè existimat Bayon. cum ex modo significandi se habeant, ut superius, & inferius, sed defectu institutionis, ut iam diximus.

6 Arg. denique: potest aliquid esse signum sui ipsius: ergo signum non representat aliud à se. Prob. antec. Sanguis Christi Domini in altari est signum sanguinis Christi Domini in Crucifix;

ce; & tamen uterque sanguis est numericè idem:
ergo potest aliquid esse signum sui ipsius. Resp.
neg. antec. Ad prob. neg. mai. quia Sacramentum
Eucharistiae non consistit in corpore, & san-
gine Christi, cum connotatione specierum, ut
aliqui opinantur; cum nec corpus, nec sanguis
propterea in Sacramento, sint sensibilia, ut requiri-
tur ad Sacramentum, sed in speciebus conno-
tantibus corpus, & sanguinem. Unde species
sunt signum; signatum vero, corpus, & sanguis
Christi Domini, inter quæ adest realis distinc-
tio.

Resp. secundo: quod sicut homo, ut quantus,
distinguitur realiter à se ipso, ut albo; ita san-
guis Christi Domini, propterea in Altari, ratione
modi distinguitur realiter à se ipso propterea in cra-
ce; quia propterea in altari habet modum diversum
à se ipso in propria specie contento, scilicet, in
altari habet modum definitivum, & in se ipso
modum circumscripтивum, quæ est sufficiens dis-
tinctio realis inter signum, & signatum.

*Quest. II. Quenam sit ratio formalis cons-
titutiva signi?*

Cum signum aliud sit naturale;
aliud ad placitum, de utriusque

constitutivo agendum est. Sed prius notandum in signo instrumentalī, tam naturali, quam ad placitum, quatuor reperiri. Primum, entitas materialis rei, aut vocis, quod est substratum rationis formalis constitutivæ signi; secundum est illa forma, vi cuius formaliter in ratione signi constituitur; tertium est aptitudo ad significandum, quæ resaltat ex forma, seu ratione formalis signi; quartum est actualis significatio. V.g. in imagine Christi D. reperitur entitas illa materialis ligni, aut colorum, quæ est substratum, & materiale signi; reperitur proportio, & conformitas eum Christo D. qua constituitur in ratione signi; reperitur etiam aptitudo, quædam ex tali proportione resultans ducenti potentiam in cognitionem prototypi; adeo denique actualis significatio, cum, scilicet, in exercitio movet videntem ipsam ad cognitionem Christi D. In signo vero naturali non instrumentalī, non reperitur aliquid materiale, quod sit indifferens ad significandum, vel non; quia cum ab ipsa natura id habeant, ratio signi, & entitas sunt idem saltim realiter; ut patet in cognitione, in gemitu, & in fumo.

Certum est in primis, actualē significatiōnē, aut etiam entitatē materiale rei, aut vocis, non esse formalia constitutiva signi. Non pri-

primum; quia effectus supponit principium, seu causam: sed significatio actualis est effectus signi: ergo supponit in signo principium, seu causam significandi. Non secundum: quoniam talis entitas, aut vox sunt quid materiale indiferens ad significandum, & non significandum, vel ad significandum hoc, aut illud; nam eadem entitas ligni, aut colorum invariata entitatem potest ad aliam formam reduci, ratione cuius significet aliud distinctum à Christo D. Et idem à fortiori est de signo ad placitum: ergo.

2 Dicimus ergo 1. Aptitudo ad significandum non est constitutivum esseentiale ligni, sive naturalis, sive ad placitum, sed est quid consequorum ad rationem primariam signi. Hæc conclusio est ferè communis contra Pontium disp. 19. Logic. quest. 1. quem Josephini, & quidam ex nostris in M.S. sequuntur. Probratio formalis constitutiva alicuius rei est id, quod primo intelligitur in tali re; sed aptitudo ad repræsentandum non est, quod primò reperitur in signo: ergo signum non constituit esseentialiter, & primario per hanc aptitudinem. Probr. min. Ideo in sententia Doct. essentia quantitatis, & accidentis, ut sic, non ponitur considerare in aptitudine aliqua, sed in radice optimi.

dinis, quæ est impenetrabilitas radicalis in quantitate, & inhærentia radicalis in accidentibus; quia aptitudo alicuius est aptitudo: ergo idem dicendum de constitutivo signi.

Confirm. Aptitudo signi ad representandum est relatio quædam, sive realis, sive rationis, ut postea dicemus: ergo debet habere aliquid fundamentum. Tunc sic: sed tale fundamentum non est nuda entitas materialis rei, aut vocis, presentim in signo instrumentalis naturali, & ad placitum; cum ex se non magis referantur ad hoc signatum, quam ad illud: ergo debet esse aliquid de linea formalis signi: ergo illud præcedit aptitudinem tanquam fundatum illius.

3 Dicimus 2. Signum naturale in esse talis formaliter constituitur per connexionem, & proportionem, quam habet cum re significata. Prob. quia hec conexio est, quod primo reputatur in signo naturali; nec alia de causa imago, aut statua Cœstarii ipsius signum est, nisi quia cum illa habet proportionem in aliquibus accidentibus, colore, scilicet, & figura, &c. Et propter eandem rationem cognitio est signum rei cognitæ, seu significatæ, quia est imago, & similitudo illius: ergo.

4 Dices contra utramque conclusionem: pro-

portio, & connexio statuæ Cæsaris , v. g. cum ipso Cæsare est quædam relatio similitudinis; vel ergo hæc relatio fundatur immediate in ipsa entitate ligni , v.g. vel in aliquo de genere signi? Si primum : ergo sicut hæc relatio potest immediate fundari in entitate materiali , etiam aptitudo, quamvis sit relatio , poterit in eadem entitate immediate fundari ; in ipsaque poterit consistere ratio formalis signi , quin aliud constitutivum formale præintelligatur. Si secundum : ergo non consistit formaliter signum in illa proportione , & similitudine , sed in aliquo prævio ad ipsam similitudinem. Secundo: Cognitio est actualis repræsentatio obiecti : sed actualis repræsentatio nequit esse radix aptitudinis ad repræsentandum, cum potius sit exercit' ura aptitudinis : ergo cognitio non constituitur in ratione signi per radicem aptitudinis ad significandum.

Resp. ad primum, conc. mai. Ad min. dicimus, similitudinem , & connexionem signi instrumentalis naturalis fundari in ipsa quantitate , aut coloribus , non nudè sumptis , sed videntur sub hæc , vel illa approximatione partium ad invicem , non quidem reduplicative ; sic enim important ipsam met relationem ; sed specificative , ut substernitur predictæ approxi-

mationi. Sed neg. conseq. inde deducta. Nam positiō de genere situs benē potest fundari in ipsa quantitate; quia hæc de se est capax immēd atē recipiendi hanc, vel illam positionem de genere loci, vel situs, seu capax ordinatio-
nis partium in loco, & inter se; aptitudo verò ad repræsentandum non est relatio partium ad locum, vel ad invicem, sed ad signatum, vel po-
tentiam. Unde ex hac, vel illa positione, & si-
gura resultat, in eaque tanquam in substrato fundatur; nam una relatio benē potest fundari
in alia, ut dicemus in Log.

Ad secundum, non desunt, qui dicant, cog-
nitionem non esse propriè signum. De quo vi-
dendus Malpartida lib. 1. institut. cap. 9. &
Mast. ibid. cap. 2. Sed quia nos oppositum te-
nemus, ideo dicimus, cognitionem dici signum
actuale contrapositivè ad speciem impressam,
quæ est signum virtuale. Unde ly *actuale* idem
sonat, ac esse formam potentem per exhibitio-
nem sui ducere potentiam in perceptionem
objeci; non quia essentia litèr sic ipsa percep-
tio, quia intellectio non est intelligere; ideo-
que si à Deo c'rearetur extra subiectum,
non actu significaret, nec habèret exer-
citium significandi; cum tamen tunc casus
habèret essentiam signi naturalis, & ap:itudi-
nem

nem ad representandum per informationem. Sed de hoc latius in lib. de Anim. vbi agitur de constitutivo intellectionis.

5 Dicimus 3. Ratio formalis constitutiva signi ad placitum consistit in denominatione reali extrinseca derelicta ab actu voluntatis primi imponentis. Ita Subt. Doct. in 4. dist. 1. quæst. 2. §. De secundo, num. 4. & ibi quæst. 5. §. Contra opinionem. V. Exempla, num. 10. eamque tenent communiter Jesuitæ, & Nostrates. Prob. ratione communī: ex eo præcisè, quod Adamus voluerit, hanc vocem homo significare animal rationale, constituta est in actu primo significativa illius, & facta est nomen eius, iuxta illud. Gen. 1. Omne, quod vocavit Adam: ipsum est nomen eius: ergo illa denominatio est formaliter constitutiva signi ad placitum. Confirm. Quia non alia ratione ramus ante dominum significat vinum vendibile, & sic de alijs, nisi quia hominibus ita placuit: sed hoc est præcisè denominatio quædam extrinseca derelicta ex ipsa voluntate hominum: ergo.

6 An autem hæc denominatio sit aliquid reale, vel rationis? Dicimus, esse ens reale formaliter; vel existens, quandiu illa volitio durat, vel præteritum moraliter perseverans; fundamentaliter tamen esse relationem rationis

quatenus in voce concipi solet, quasi virtus quædam intrinseca fundans relationem ad signatum, & ad notitiam gignendam in mente audentis.

7 Arg. 1. Voluntas illa habet pro obiecto rationem formalem signi: ergo ipsa non est signi constitutiva; alias actus voluntatis habet pro obiecto se ipsum. Resp. neg. antec. Nam voluntas illa non habet pro obiecto virtutem significandi, sed significationem actualem, quæ est actus illius virtutis; hoc enim intendit tantum finem. Itaque talis voluntatis actus constituit signum formaliter in ratione signi, & respicit, ut obiectum actualem significationem realiter distinctam à ratione signi. Unde idem non terminatur ad se ipsum.

8 Arg. 2. Qui cognoscit rem, cognoscit eius essentiam: sed plures homines cognoscunt, hanc vocem *homo* esse signum hominis, quin cognoscant voluntatem, aut denominationem illam, quam supponis: ergo illa denominatio non est essentiale constitutivum signi. Resp. rem posse cognosci confusè, vel clare, seu conceptu definitionis, & conceptu definiti. Tunc clare cognoscitur, quando cognoscitur eius ratio formalis constitutiva, ut ab alijs rebus distincta: tunc cognoscitur confusè, quando non cog-

eognoscitur eius essentia , vt ab alijs distincta :
cum v. g. rusticus cognoscit, se contraxisse ma-
trimonium cum propria vxore , nesciens peni-
tus in quo stet matrimonij formalis ratio. Un-
dè resp. quod qui cognoscit rem distinctè , &
conceptu definitionis , debet cognoscere eius
constitutivum formale; non autem qui cognos-
cit signum confusè , & conceptu definiti. Per
quod patet ad formam.

9 Arg. 3. Voluntas illa Adami iam non
est: ergo non potest constitueri signum , quod
nunc existat. Dist. antec. iam non est physicè,
conc. antec. moraliter , neg. antec. & conseq.
Quia etiam Praetor actualis est talis , quamvis
physicè non perseveret voluntas Regis , qui il-
lum in tali munere pessuit; quia voluntas perse-
verat moraliter , dum non retractatur. Nota in
calce quæstionis, nos nullam distinctionem po-
nere inter constitutivum signi formale , & rea-
le , vt male ponit Pontius , quia constitutivum
reale est etiam formale constitutivum; vt patet
in albo , cuius reale , simul , & formale constitu-
tivum est forma albedinis.

Inde colliges , signa ad placitum non im-
portare aliquam formam realem intrinsecam
ipsi voci , aut rei , sive absolutam , sive relati-
vam ; nam in voce non imposita ad significan-
dum

311 Secunda pars Summ. Disp. II.

dum nulla talis forma ex natura rei reperitur; ut patet in voce *Bildiri*: ergo nec post impositionem recipit aliquam formam, sive absolutam, sive relativam; quia in ramo ante domum, v.g. nihil reale, & physicum producitur à voluntate imponentis.

10 Dices: Si tale signum nihil reale importat in actu primo: ergo solum importat aliquid rationis: ergo actualis representatio est de essentia signi. Prob. hæc ultima conseq. quia tale signum dum actu non representat, non cognoscitur actu: sed dum non cognoscitur actu, deficit respectus rationis, qui solum habet esse obiectivum in intellectu cognoscente: ergo deficient respectu, deficit essentia signi, quæ in tali respectu consistit; ac proinde eius essentia consistit in exercitio representandi. Hæc replica, quæ est Froylani, bene probat contra Themistas sustinentes, signum formaliter importare respectum rationis. At contra nos nihil urget; nam licet signum nihil reale intrinsecum importet, dicit tamen aliquid reale extrinsecum, nimisrum actum voluntatis imponentis terminatum ad ipsam vocem, v.g. cum intentione significandi.

11 In fine rogabis, qualiter fiat exercitium significationis vocis, aut alterius signi instrumenti

mentalis? aut quomodo generet notitiam rei significatæ? Resp. exercitium significationis, qua vox ingerit audienti notitiam rei significatæ, non fieri per aliquam causalitatem physicam, qua vox producat cognitionem in mente; sed fit per quandam excitationem, & veluti causalitatem moralem, qua vox excitat mentem auditoris, ut ad prolationem vocis, cuius significationem novit, statim eliciat cognitionem rei significatæ media specie impressa talis rei, quam in se habebat. Prima pars patet: nam vox, cum sit quid materiale, & imperfectius cognitione, nequit illam causare, nec se sola, nec media virtute per modum qualitatis spirituallis; hanc enim non potest intellecere voci; nam accidentis spirituale, nequit praesertim naturaliter recipi in subiecto corporeo, quale est vox, aut signum.

12 Secunda vero pars prob. & explicatur: vox etenim tantum immutat sensum auditus, nec ex se potest causare in sensu, phantasia, vel intellectu, nisi solum conceptum vocis; ceterum immutato auditu à voce significativa, immutatur phantasia, & memoria, & rememoratur eius, cui tale nomen fuit impositum; & hoc modo excitat intellectum ad cognitionem illius rei, cuius anteà habebat notitiam. Non enim

313 Secunda pars Summi. Disp. II.

enim moveret, & excitaret, nisi intellectus cognovisset talēm rem, cui imponitur nomen, & quod nomen est, sibi impostum ad talēm rem significandam.

13 Unde colligitur, quod dicitur ut vox exercitat munus ducendi mentem audientis in cognitionem rei significatę, triplex notitia præquiritur, scilicet, notitia ipsius vocis, notitia significationis eius, & notitia rei significatae, cum hoc discrimine: quod notitia vocis necessariò debet esse actualis; si enim vox actu non percipiatur, non poterit percipi res significata, ex vi vocis prolatę. Notitia vero significationis vocis sufficit quod sit habitualis; & non requiriatur necessariò quod sit actualis. Notitia autem rei significatę necessario debet esse habitualis; quia si audiens non habet in se speciem rei significatę, non causaretur in eo conceptus illius rei; nullo tamen modo notitia rei potest esse actualis, quia hæc impedit actum significationis vocis; nam stante cognitione, non potest iterum eandem eliciose. Hæc eadem notitia requiritur in proferente, estò cum aliqua differentia.

De quo videri potest Most. disp. 2. Logic. q.

2. a. 14. ubi ex Subt. Doct. rem hanc

luculentiter explicat.

(***)

Missa

Quest.

Quest. III. An connexio cum potentia sit differentia essentialis signi, sicutum in adequate constitutiva.

Signum præter ordinem, quem dicit ad signatum, importat etiam connexionem cum potentia, quia est obiectum, & obiectum cum potentia connectitur, nam ex eo, quod sit signum, menus obiecti non amittit, & hinc oritur difficultas, an ultima, & adæquata differentia signi consistat in utroque conceptu, scilicet connexionis cum potentia, & ordinis ad signatum, an præcise in isto ultimo?

Dicimus differentia essentialis adæquate signi constitutiva, consistit in respectu ad signatum. Est communis contra Froylan. prob Quod pertinet ad ultimam, & adæquatam differentiam signi, ita convenit signo, ut alijs asigno repugnet, & non conveniat; sed huiusmodi non est connexio cum potentia: ergo est respectus ad signatum. Prob. min. Connexio cum potentia convenit signo, quia est de linea obiecti formaliter; sed alia à signo sunt etiam de linea obiecti formaliter: ergo connexio cum potentia convenit alijs asigno.

2 Dices: Quod alia asigno, v. g. *signum*, *medium*, *substantia*, *quantitas*, *qualitas*, &c. sunt quidem delineatae obiecti formaliter, quia sunt intelligibilia, non tamen eodem modo quo signum; nam signum secundum suam speciem est obiectum essentialiter respectivum, & ideo debet etiam importare, specialem connexionem contrahentem connexionem communem cum obiecto. Sed contra: Quia specialiter connexionem contrahentem connexionem communem non solum habet signum, quia essentialiter respectivum; sed quodlibet aliud intelligibile, quod ab alio essentialiter distinguatur; sed haec specialis connexio non est in *substantia*, v. g. conceptus in adaequatos differentiae essentialis constitutivę substantiae; ut patet: ergo nec specialis connexio, quam importat signum, est conceptus in adaequatus constitutivus differentiae essentialis signi.

Secundo: Specialem connexionem, quam signum importat, agnoscit intellectus in medio, in ordine ad finem; in parte, in ordine ad totum; in potentia, in ordine ad actum; in præmissis, in ordine ad conclusionem; in causa, in ordine ad effectum; & in termino, in ordine ad propositionem; nam quodlibet suo modo est obiectum respectivum; sed medium ut

Tale, non est signum respectu finis, nec pars ut talis respectu totius, nec potentia respectu sui actus, &c. ergo connexio, quam signum, ut tale dicit ad signatum, convenit alijs à signo. Prob. min. Quia medium ut tale, non est ad significandum, sed ad finem consequendum; nec pars ut talis, est in ordine ad representandum, sed ad totum constituendum; nec potentia in ordine ad signatum, sed in ordine ad actum elicendum: ergo.

Tertio: Quia specialis connexio, ut obiectum formaliter, speciale rationem obiecti videtur importare. Nunc inquirimus; vel speciale obiectum supponit pro motivo, vel tantum pro terminativo? Non primum, quia obiectum motivum potentie cognoscitive est unum, idem, & sub eadem ratione formalis pro omnibus. Si secundum: ergo erit obiectum speciale iuxta diversitatem entium, id est unum absolutum, aliud respectivum unum substantiale, aliud accidentale, unum quantitativum, & aliud qualitativum. Inquirimus iterum, quodlibet ex his, vel ita importat speciale connexionem, ut specialis connexio sit de conceptu inadæquato differentiæ essentialis illorum; vel non? Si hoc secundum; ergo nec in signo. Si primum; ergo in hoc convenit signum

num cum alijs: & consequenter nequit ad ultimam eius differentiam essentialem pertinere.

3 Prob. secundo: Id quod adequate distinguit signum, illud adaequate constituit; sed signum adaequate distinguitur per respectum ad signatum: ergo non constituitur in adaequare per connexionem cum potentia.
 Prob. min. Signum distinguitur a non signo per hoc, quod sit medium ductivum potentiae; sed per respectum ad signatum praeceps est medium ductivum potentiae, quia non aliter dicit, quam signatum manifestando: ergo adaequatè distinguitur per respectum ad signatum. Confirm. Per talen respectum adaequatè differt ab omni alio: ergo per illum constituitur. Prob. antec. Respectus ad signatum ita convenit signo; ut alijs a signo nec in adaequatè conveniat: ergo per talen respectum adaequatè differt ab omni alio.

4 Resp. Froylan. quod licet signum formaliter, & expressivè solum ducat in signatum ratione respectus, tamen in ultima differentia signi non solum respectus, sed etiam specialis connexio debet includi, cum ducat per modum obiecti, & ita differentia essentialis debet habere formaliter id quo formaliter dicit, & id quo habet rationem specialis obiecti; sicut

in ultima differentia relationis includitur respectus formaliter connexus cum speciali inherentia, quæ est, esse in alio tanquam in fundamento.

Sed contra: Quia potentia cognoscitiva non potest habere specialem connexionem cum signo, ut obiecto medio, seu speciali, nisi supponatur signum, ut obiectum medium seu speciale; nam potentia non facit, sed supponit obiectum; sed nequit signum presupponi, ut obiectum habens cum potentia specialem connexionem, quia præsupponatur adæquata constitutum, quia ut tale habet specialem connexionem: ergo in ultima differentia adæquata signi non includitur specialis connexio cum potentia.

Nec id, quod adducit de relatione nostram rationem, & conclusionem infirmat, sed potius confirmat; quia in inherentia speciali non supponit relationem, & ita est propria relationis, ut alijs à relatione non conveniat, quia esse in alio, tanquam in fundamento, solum relationi convenit; connexio vero specialis, in ratione obiecti, convenit signo, ut ipse auctor pluries fatetur; convenit etiam substantiæ, quia connectitur cum potentia ut ens per sequentiarum, quæ similiter connectitur, ut

ens impenetrabile &c. vnde paritas non tenet.

5. Prob. tertio: Si signum constituitur per connexionem specialem, & respectum ad signatum; ita ut connexionio specialis, & respectus sint duo conceptus inadæquati, qui adæquatè ultimam differentiam signi constituunt; nec connexionio specialis includi potest in respectu, nec respectus in connexione, quia ut in adæquatè distincti, sunt diversi, & oppositi; sed signum consideratum in ordine ad signatum, & per respectum ad ipsum, specialem connexionem importat: quia est in linea obiecti formaliter, & specialis connexionio est respectus formaliter, quia connexionio, ut talis, est in ordine ad aliud: ergo unus conceptus est superfluus, quia in respectu includitur specialis connexionio, & specialis connexionio est respectus, sed non conceptus respectivus ad signatum, quia explicat esse signi: ergo conceptus specialis connexionis.

Explicitur hoc: Conceptus respectus ad signatum, ut præcisus à conceptu specialis connexionis ut talis, est intelligibilis: ergo est in linea obiecti formaliter: ergo duplex conceptus specialis connexionis includitur in signo, unus correspondens signo conceptu definiti, aliis correspondens respectui, conceptu quasi definiti.

definitionis. Similiter in conceptu specialis connexionis, ut inadæquatè distincto à conceptu respectus ad signatum, includitur respectus, quia connexio ut talis, nequit intelligi signe ordine ad aliud: ergo si connexio specialis, & respectus ad signatum constituunt, ut duo conceptus inadæquati, vltimam differentiam signi; talem vltimam differentiam constituerent duæ connexiones; & duo respectus; immo plures in infinitum, quod est absurdum.

6. Prob. quarto: Eo ipso, quod in signo intelligatur respectus ad signatum (etiam si non inteligeretur connexio) intelligeretur signum adæquate constitutum, & adæquate distinctum ab omni alio: ergo signum adæquate constituitur per ordinem ad signatum. Prob. antec. Talis respectus convenit signo, ita ut alijs à signo non conveniat: ergo per illum manebit adæquate constitutum, & distinctum, etiam si connexio non intelligeretur.

Dices: Quod si respectus signi ad signatum intelligeretur, non intellecta connexione speciali cum potentia, esset respectus chymeticus, eo, quod respectus medi⁹ intelligibilis, obiectivè præcīsus, à connexione cum potentia, chymeticus est. Sed contra: Concepimus respectus ad signatum, & respectus specialis con-

nexionis cum potentia sunt in signo, per te, duo conceptus inadæquati; sed ex duobus conceptibus inadæquatis, sine chymæra potest intelligi unus, alio non intellector: ergo conceptus respectus signi ad signatum sine chymæra potest concipi sine conceptu specialis connexionis: erg. si in signo intellecto respectu ad signatum, & non intellecta connexione speciali, intelligitur adæquate signum, istud non constituitur per conceptum specialis connexionis.

7 Prob. denique: Respectus ad signatum, & connexion cum potentia non possunt constituere eandem adæquatam differentiam: ergo differentiæ adæquata signi non importat virumque. Prob. antec. tum: Quia tales conceptus non vniuntur medio aliquo nexu, vegetat, nec se habent, tanquam actus, & potentia, alias unus esset actuabilis per alium, & consequenter non esset ultima differentia. Tum: Quia predicti conceptus differunt adæquate, si quidem connotant terminos adæquate diversos, scilicet potentiam, & signatum: ergo connexion cum potentia, & respectus ad signatum; non possunt constituere eandem adæquatam differentiam.

Arg. quia differentia adæquata signi debet esse de linea obiecti formaliter; sed h in diffe-

rentia adæquata signi non ingreditur specialis connexio, non erit differentia adæquata signi de linea obiecti formaliter: ergo adæquata differentia signi conflatur ex conceptu ordinis ad signatum, & connexione speciali cum potentia, tanquam ex duplice inadæquato conceptus Min. constat, quia obiectum in communi constituitur formaliter per connexionem cum potentia: ergo si differentia adæquata signi specialem connexionem non importat, non erit de linea obiecti formaliter. Prob. mai. Differentia adæquata signi dividit essentialiter rationem communem obiecti, quia signum est obiectum medium, & obiectum in medium, & ultimum essentialiter dividitur: ergo prædicta differentia debet esse de linea obiecti formaliter, alias non contraheret per intranea rationem communem obiecti. Hoc est præcipuum fundamentum, & quod efficax argumentum proclamat Froylanus sed ex dictis facile solvitur.

Resp. satendo libenter differentiam adæquatam signi esse de linea obiecti formaliter, & specialem connexionem importare; non tamen venimus in eo, quod talis specialis conexio sit de conceptu inadæquato ultimæ differentiæ signi, cum aliis à signo conveniat, ut constat

Liber secundus anno del anno de S. Diego de villa de la sacra aula
pomo fermo del capitolio his paligono Greg. Lissam integrator villanano

ex dictis, & ipse auctor in signato, & medio appetibili agnoscit specialem connexionem cum potentia volitiva, in quo convenit cū signo, & ratio convenientiae non potest esse ratio differentiae. Imo cum medium non solum sit appetibile in ordine ad finem; sed etiam intelligibile in ordine ad illum, tanquam ad ultimum obiectum, non solum importat specialem connexionem cū potentia volitiva, sed etiam cū potentia intellectiva; sed medium, ut intelligibile, in ordine ad finem, non est signum, quia contigit eligi ex mera, & privata voluntate intendentis finem, & non habere ex se, & à natura talem connexionem; vt cum quis propter divitias philosophatur; ergo ad hunc in linea intellectiva datur specialis connexionio, quæ convenit alijs à signo, & consequenter noquid ingredi ut conceptus inadæquatus ultimam, & adæquatum differentiam signi. Quæ doctrina solves orationia alia argumenta.

Quæst. IV. An causa sit propriæ signum sui effectus?

Movetur quæstio de causa, non autem de effectu, quia de isto, certum est, quod est signum, cū à natura habeat

habeat suam causam representare, ut fumus ignem. Quare difficultas est, an causa sit propriè signum sui effectus?

Resp. affirmativè. Ducimur autoritate Theologorum, qui communiter dicunt Sacra-menta esse causas, & signa gratiæ, & hac ratio-ne: signum est, quod est institutum, ut ducat in cognitionem alicuius; sed non minus cogni-tio cause dicit in cognitionem effectus aprio-ri, quam cognitio effectus in cognitionem cau-se à posteriori: ergo causa est propriè sig-num sui effectus.

2. Dices: Quod ad signum requiritur quod sit medium ductivum cum dependentia, & subordinatione quod reperitur in effectu respectu cause, non autem in causa respectu effectus. Sed contra: Quia ad signum tantum requiritur, quod aliquid significet, ad hoc se institutum, & quod à signato distinguitur; sed causa ut talis, effectum repræsentat; ad hoc à natura est instituta, & ab effectu realiter distinguitur: ergo est proprio signum sui effec-tus. Unde conceptus dependentiæ, & subor-dinationis, non requiruntur per se ad signum, sed credimus esse liberè ad inventos, vt causa principalis excludatur à ratione signi.

Secundo: Quia vt causa possit esse signum

sui effectus, non requiritur, quod ab effectu
dependeat, & subordinetur in essendo, sed suffi-
citur quod subordinetur, & ab effectu depon-
deat in repräsentando; hoc enim est, quod
signum pertinet per se; sed nullum est inconve-
niens, quod in repräsentando causa dependeat
ab effectu, sicut etiam ab illo dependet in refe-
rendo: ergo, gratis admissa subordinatione, &
dependentia signi à signato, causa est propriè
signum sui effectus.

3 Arg, quia sola demonstratio à poste-
riori, quæ est per effectum dicitur à signo: er-
go solum eff. crucis. Et dicitur signum causæ; non
è contra. Se:undo: Signum propriè est, quod
est institutum ad aliquid repräsentandum; sed
causa non est instituta ad repräsentandum ef-
fectum: ergo non est signum effectus. Prch.
min. Quia causa non repräsentat effectum ex
libito hominum, ut patet; nec ex natura sua:
ergo non est instituta ad repräsentandum ef-
fectum.

Resp. ad primum neg. antec. Licet enim
cognitio habita per effectum magis propriè di-
catur à signo, quia effectus sensibilior est cau-
sa, nihil tamen impedit, quin, & cognitio
effectus habita per causam possit etiam dici à
signo absolute loquendo. Ad secundum neg. min.

Ad

Ad prob. neg. antec. quo ad secund. part. Quia
ducimur per causam in cognitionem effe-
ctus, sicut per effectum ducimur in cognitionem
causæ; sed per effectum à natura ducimur
in cognitionem causæ, tanquam per verum, &
proprium signum: ergo per causam, tanquam
per signum naturale, & proprium, ducimur
etiam in cognitionem effectus.

Dices: Effectus est imago sue cause, quia
est ad similitudinem illius; sed causa non est
imago sui effectus, quia ad similitudinem illius
non est facta: ergo licet effectus sit signum na-
turale cause, causa autem, non est signum na-
turale effectus. Hoc argumentum, in quo
confidit Hurtad. nullius est momenti, quia
ratio signi, & ratio imaginis in signo non con-
vertitur; al. as effectus univoci essent signa, ef-
fectus vero æquivoci à ratione signi excluden-
tur. Itaque ad signum scilicet requiruntur as-
signatæ conditiones, quæ repetuntur in causa
respectu loci effectus.

Arg. tertio: De conceptu signi est de-
pendere, specificari, mensurari, & ad signatum
ordinari, ut ad finem cuius gratia; sed causa
principali repugnat ab effectu mensurari, de-
pendere, specificari, & ad ipsum ordinari, ut
ad finem, cuius gratia; ergo saltim causa princi-
cipal-

cipali repugnat ratio propria signi. Prob. min. quia causa principalis, vel est univoca, vel æquiva? Si secundum excedit effectum. Si primum adæquat illum: ergo repugnat cause principali ab effectu mensurari, dependere, specificari, & ad ipsum ordinari, ut ad finem, cuius gratia. Confirm. Nulla causa principalis est imperfectior suo effectu; sed signum est imperfectius signato: ergo non potest esse signum sui effectus. Prob. min. Illud obiectum est imperfectios, quod non est propter se, sed propter aliud; sed signum non est propter se, sed proprium signatum, quia est institutum, ut per illum veniamus in cognitionem signati: ergo signum est imperfectius signato. En præci-
puum fundationum Froyl. oppositum sentien-
tis.

Resp. dist. mai. de conceptu signi est depen-
dere, & ari signatum ordinari in essendo, neg.
mai. in repræsentando, conc. mai. & dist. min.
Cause principali repugnat ab effectu mensura-
ri in essendo, conc. min. in repræsentando, neg.
min. Causa enī principalis in essendo perfe-
ctor, aut æquè perfecta est cum suo effectu, at
in repræsentando potest esse minus perfecta,
quia non repræsentat, quia causat, aut est po-
tens caufare, in hoc enim, aut excedit, aut adæ-
qua-

quatur in perfectione cum effectu, sed ut est quædam entitas, qua cognita, ducimur in cognitionem signi.

5 Unde in eodem materiali, diversi, & oppositi conceptus, respectu diversorum concurrent, scilicet, conceptus causæ, & conceptus signi. Conceptus causæ principalis importat ad minus & qualitatem perfectionis cum effectu. (Loquimur de causa principali efficienti, formalis, & finali, non autem de materiali, ista enim est imperfectior suo effectu) conceptus vero signi est conditio diminuens, & quidem imperfectior signato, quia est medium, & ut tale, ad signatum ordinatur. Ad confirmationem solutionem patet ex dictis.

Quest. V. An voces significant immediatè conceptus formales, an vero res?

Non loquimur in præsenti de vocibus prolatis ab illo, qui non habet concepium de re significata per ipsas; ut sunt voces prolatae ab avibus, ab homine loquente in aliquo idiomate, quod nescit; ut à rusticis loquente latine; hæc enim voces non sunt sermones humani, de quibus hic est sermo. Loquimur ergo de vocibus prolatis ab habente

con-

conceptum formalem de re significata per ipsas.

2 Pro cuius intelligentia suppone primo, hic nomine rei intelligi cognitionis obiectum, sive sit negativum, sive positivum, sive reale, sive rationis, sive etiam cognitio, aut conceptus formalis terminans aliam cognitionem, aut conceptum formalem. Suppone secundo, aliud esse significare immediate, & aliud significare principaliter; significare immediate aliquid, est illud prius ordine significare per nomen; significare autem principaliter est significare aliquam rem, ad quam significandam ex intentione per se constituentis signum fuit impositum, sive hoc fiat prius ordine, sive non. Hic aliqui volunt, voces significare principaliter res, immediatus tamen conceptus. Ita Colleg. Sanct. Thom. Complut. 2. part. Summ. quæst. 1. art. 5. Ioan. à Sanct. Thom. 1. part. Log. quæst. 1. art. 5. Et alij. Pro clariori ergo difficultatis luce esto.

3 Prima conclusio: Voces principaliter significant res, seu conceptus obiectivos. Est ferè communis; & suadetur primo ex Arist. 1. Elench. cap. 1. dicente, quod in disputatione utimur vocibus pro rebus, cum res ad scholas, non profissimus adducere. Secundo id voces principali-

paliter significant, ad quod significandum sunt inititutæ, & quod significatur intellectui audentis, ad prolationem nominis; sed finis principalis imponentis est manifestare res; ideoque Genes. cap. 2. nomina, & vocabula dicuntur imposita rebus, & statim audito nomine ferimus in res, & constituitur intellectus rei, non autem speciei, vel conceptus: ergo.

4 Tertio: id voces principaliter significant, quod principaliter affirmant: sed iste voces, v.g. *homo est albus* (casu, quod sit) principaliter affirmant, albedinem esse in homine, non autem in proferente voces esse cognitionem hominis albi; quia audiebas has voces non venient in cognitionem conceptus formalis proferentis, sed rei prolatæ: ergo. Confirm. Voces institutæ fuerunt ad significandas res independenter à conceptibus: ergo independenter à conceptibus significant res. Prob. antec. Notitia namque rerum per voces independenter à conceptibus, & propter se est amabilis; quis enim neget cognitionem Mysterij Trinitatis esse per se expetibilem, quamvis ignoret, eum, qui docet tale Mysterium, esse catholicum; immo quamvis sciat, esse hæreticum: ergo voces ad notitiam rerum, & earum gratia sunt; impositæ.

5 Denique: quando ab aliquo interrogas, cuias sit? Quomodo vocetur? quotannis sit, an dives, vel pauper, doctus, vel ignarus? Si circa aliqua horum, vel omnia respondeat, non intendit te conscientum de suo conceptu reddere, cum tu id non desideres, sed de re: ergo voces principaliter significant res, & non conceptus formales.

6 Secunda conclusio: Voces immediatus significant res, & non conceptus formales (imò propriè inquendo solas res significant.) Est contra omnes ferè Thomistas. Et probatur eidem rationibus, quibus precedens. Et ulterius sic primo: significare est ducere audientem in notitiam rei significatiæ: sed voces immediate dicent audientem in rei notitiam: ergo immediatè significant res. Prob. min. quia quod primo obiectur intellectui audientis per nomen est res ipsa; nam auditio nomine lapidis, statim lapidem ipsum concipiatur, non autem cognitionem de lapide, quam habet loquens: ergo prius, & immediatus significant res. Accedit, quod res potest representari audienti, nihil cogitanti de conceptu loquentis, ut experientia constat; non verò potest representari conceptus loquentis, sine re: ergo voces immediate significant res. Prob. conseq. id est primum in ali-

aliqua re, quod semper ipsam comitatur, quo-
cumque alio secluso; & id est secundarium,
quod potest abesse remanente alio; sed signifi-
catio rei per vocem semper comitatur ipsam,
quamvis non adsit significatio conceptus: ergo.
Demum: conceptus non significatur, vt id, ad
quod sit impositum nomen: ergo non potest
immediatus significari nomine; quia nominis
immediata significatio derivatur ab imponente
ipsum nomen.

7 Arg. contra primam conclusionem i.
ex Philosopho dicente, voces esse signa earum,
qua sunt in animo passionum: ergo principaliter
illas significant. Secundo voces sunt inventae,
vt homines suos conceptus significarent: ergo
principale intentum est significare concep-
tus, & consequenter illos immediatè significant
Tertio. Verbum in Divinis primario concep-
tum Paternum, & secundario res significat: ergo
pariter, verbum sensibile primario concep-
tum, & secundario res significat. Confirm. quia
utrumque, scilicet, significatio rei, & etiam con-
ceptus est per se, & propter se expetibile: ergo
non est, cur voces, non significant principaliter
utrumque. Quarto. Saltim haec voces, intelle-
ctio, cognitio, cognoscere, intelligo sunt principaliter
inventae ad significandos conceptus formales;

333 Secunda pars Summ. Disp. II.

ergo principaliter illos significant.

Ad primum resp. cum Subt. Doct. voces significare passiones, quæ sunt in anima, non ut rem significatam directè, sed ut principale significativum; ita quod vox, & passio animæ subordinantur, non in ratione signi, & signati, sed in ratione signi prioris, & posterioris; nam intellectus prius per cognitionem apprehendit res, & postea illas immediatè per nomina significat. Ex qua Doct. Subt. doctrina explicat. Phyl. voces sunt signa passionum animæ per se, & ex institutione imponentis, neg. per accidentem, & concomitantem, seu illativè, conc. antec. & neg. conseq. Quia cum signum, ut constat ex definitione, debeat esse institutum, non sufficit, ut sit signum alicuius, quod illud ut cumque representet; sed ulterius requiratur, quod ad illud sit ex intentione nature, vel hominum voluntatis impositum. Ad secundum dist. antec. voces sunt inventæ ad significandos conceptus obiectivos, seu res conceptas, conc. conceptus formales, seu actum cognoscendi, neg. antec. & conseq.

Ad tertium, neg. antec. Nam Verbum Divinum, non representat primario conceptum Patris, sed Essentiam Divinam, quæ est obiectum primarium Diuine cognitionis; creaturas autem

utem non mirum, quod primario non repre-
senter, cum sint obiecta secundaria. Ad con-
firm. dist. antec. Est propter se experibile ex-
primere conceptus, ut res quædam sunt, qua
ratione exprimuntur per has voces, concepius,
cognosco, &c. conc. antec. exprimere conceptus,
ut significantes in exercitio, qua ratione expri-
muntur per voces significantes res distinctas à
conceptibus, ut per has voces, homo, equus, &c.
neg. antec. Quia prout, sic, sunt medium, & me-
dium ut tale, non est propter se experibile. Ex
quo patet ad quartum. Illæ enim voces attin-
gentes actus mentis significant illos, ut res que-
dam cognitæ sunt, & obiecta, non ut puri ac-
tus, vel conceptus intellectus.

8 Arg. contra secundam conclus. Primo:
voces significant res, ut cognitas; quia non po-
test quis externo sermone aliquid significare,
nisi prius actu interno intellectus illud cognos-
verit: ergo voces primo, & immediatè signifi-
cant conceptus, & illis medianis manifestant
res. Secundo: per voces sæpè significamus res
in eodem statu, quem habent in nostro intellectu;
ut quando significamus albedinem, vel
aliqd accidens in abstracto, quod tamen in re,
nō est abstractum: ergo in tali casu prius signifi-
cantur conceptus formales. Prob. conseq. quia

albedo ut abstracta non datur à parte rei : ergo quando significatur ut abstracta , prius significatur actus intellectus abstrahentis. Tertio: quia de facto multa syncathegoremata , solos conceptus significant; ut si forte , & alia similia , quæ significant , quod in solo intellectu repetitur : ergo. Quarto : voces sunt mentis nostræ interpres : sed interpres prius verba referre debet , quam rem ipsam interpretetur: ergo voces prius , & immediatius significant conceptus , quam res.

Quinto : Quando vnum signum substituitur loco alterius , necesse est , quod prius indicet signum , pro quo substituitur , quam rem ab illo significatam , quia tendit in rem beneficio illius ; sed voces substituantur pro conceptibus: ergo immediatius significant conceptus. Tandem: si voces significarent immediatè res , nulla propositio esset falsa , & non daretur mendacium: ergo. Prob. seq. Mendacium enim consistit in eo , quod vox non significet conceptum formalem , quem loquens habet , sed aliud distinctum ab illo , mentiri enim est contra naturam ire: ergo.

Ad primum dist. antec. Res cognitas , ly ut dicente rationem formalem , aut obiectum prius significatum , neg. antec. ly ut dicente conditio-

nem.

nem, sine qua non voces significarent, ut sermo humanus, conc. antec. & neg. conseq. Res enim dicuntur significari, quatenus cognitæ, & medijs conceptibus; non quidem reduplicative, quasi cognitio mediet, ut obiectum ad quod significandum voces sint impositæ; sed specificativæ, ita ut solum mediet veluti conditio necessario prærequisita ad rem extra significandam; quia ut ait Doct. i. Per hinc significare supponit intelligere, sicut illud sine quo non; quia non prius ore profertur, quam mente concipiatur.

Ad secundum in illis casibus, voces, ita significare albedinem, vel aliud accidentis in abstracto, ut immediatè non significant abstractionem ipsam loquentis. Quare etiam in eo casu voces sunt immediata signa rerum; solum enim significant obiectum abstractionis, non actum abstrahendi. Ad tertium resp. illa synecathegoremata, si per se proferantur, nihil significant. Quod si dicantur significare dubitationem, illam significant, ut rem conceptam, & sub obiecto intellectus carentem.

Ad quartum resp. verba esse mentis interpres; sed non ideo sequitur, prius significare conceptus; quia si interpres prius verba refert, ideo est, quia sine verbis traductis ad audiens

tis idioma, non posset significare obiecta, quæ sunt in mente loquentis; at voces significant audienti obiecta intellectus loquentis, etiam si non cognoscat actum intellectus eius. Vel alter dices, voces non esse propriè interpres; quia interpretis munus est, prius referre verba, deinde res; at verò munus vocis est referre res, & deinde per accidens conceptus.

Ad quintum dicimus, rationem probare oppositum. Si enim (ut certum est) voces substituuntur loco conceptuum, cum conceptus res immediate significant, etiam voces immediate significabunt res. Vel dic, voces prius significare conceptus in ratione signi prioris, & principalis, qui subordinantur; non autem significant prius conceptum in ratione rei significatae. Ad ultim. dicimus, mendacium considerare in eo, quod loquens proferat verba significantia res distinctas ab illis, quæ sunt obiecta sui intellectus; & ire contra mentem, est ostendere per verba obiecta distincta à rebus mentis.

9 Ut autem quæstionem istam plane percipias, nota, unum significare mediante alio, posse fieri tripliciter. Primo mediante alio, tanquam ratione formalí, non tamen, tanquam re repræsentata; & sic vox dicitur significare media iupositione, conceptus media similitudin-

dine intentionalis. Secundo mediante alio, ut re repræsentata, tanquam primario, & immediato significato; & sic vox *homo* dicitur primario significare hominem, & immediatè Petrum, & Paulum. Tertio, mediante alio, non ut re significata, sed ut principali significante, cuius vox est substitutum, & quasi instrumentum; & hoc modo vox significat conceptum, ex doctrina Doct. Subt. dicentis, vocem insinuare conceptum in ratione signi prioris, & principalis, non verò in ratione rei significate. Ex quo patet, hanc controversiam, si sensus DD perpendatur esse de solo nomine. Id autem, quod diximus de voce, dicendum est de Scriptura, scilicet, prius, & immediatus significare res, quam conceperis, aut voces, propter easdem rationes.

DISPUTATIO TERTIA;

De nomine, & verbo.

Quæst. I. An nomen sit rectè definitum?

REsp. affirmativè. Prob. quia definitio, que notificat, & declarat essentiam, & substantiam rei est recta; sed defini-

Opus Arist. declarat, & notificat substantiam, & essentiam nominis, ut patet ex explicatione postea, i. part. lib. 2. cap. 1. ergo definitio nominis est recta.

Dices concretum accidentale non bene definit per subiectum in recto, quia incomparabiliter sententia, quodlibet concretum accidentale significat formam, & cennotat subiectum; sed nomen est concretum accidentale, definitum in recto per subiectum, scilicet, per vocem: ergo non est recte definitum. Sed contra; quia licet nomen definiatur per subiectum in recto, scilicet, per vocem, tamen vox in definitione nominis, non est principale significatum, quia concingit in nomine, quod in hoc concreto, aliquid. Unde sicut in hoc concreto principale significatum non est subiectum, sed albedo, ita principale significatum nominis non est vox, sed significatio, aut secunda intentione logicalis, que nomini in Logica correspondet, quia de his, non autem de voce verificatur, que de nomine logicè dicuntur.

2 Secundo: Ex eo enim, quod nomen per vocem in recto explicetur, tantum sequitur, quod nomen supponat pro voce, quia propositio dicitur nomen supponere apud logicum, quod importatur in recto, non autem, quod vox

vox sit principale significatum, quia principale significatum distinctum est ab eo, pro quo nomen supponit.

Tertio ad missa, quod nomen dicat vocem in recto, significationem vero, aut secundam intentionem in obliquo, non est idem nomen dicere vocem in recto, ac dicere vocem formaliter; nec est idem dicere aliquid in obliquo, ac dicere illud materialiter, seu pro connotato, quia in nomine contingit, quod in recto dicitur, quod sit vox, & principale significatum nominis logici non est, quod sit vox, sed vox, est connotatum significationis aut secundæ intentionis importatae per definitionem nominis, ut est concretum artificiale logicum; cum enim verbum sit vox, & oratio etiam sit vox; si vox in nomine esset principale significatum, etiam in verbo, & oratione, esset principale significatum, & consequenter in nomine, verbo, & oratione, idem esset principale significatum, quod est absurdum.

3 Arg. primo: Nomen est vox; ergo male definitur per vocem. Prob. antec. Vox est pars nominis; nam nomen componitur ex voce, & significatione, tanquam ex materia & forma; sed totum non est pars sui ipsius; ergo nomen non est vox. Confirm. Nomen est compositum ex voce, & significatione, sed

34 Secunda pars Summ. Disp. III.

vox non est composita ex voce, & significacione: ergo nomen non est vox. Resp. dist. antec. Nomen non est vox in recto, conc. antec. in obliquo, & connotative; neg. antec. Ad prob. neg. mai. Vox enim est connotatum nominis, aut id, pro quo nomen supponit; non autem, quod principaliter significat, cum enim nomen sit quoddam concretum artificiale, & natura concreti accidentalis non posse bene, & clare explicari per id, quod importat in recto, & principaliter significat, explicatur per obliquam, aut connotatum, seu per id, pro quo supponit. Unde vox non est pars nominis, quia pars est de linea principalis significati.

Ad implicit. prob. dist. antec. Nam componitur nomen ex voce, & significacione, compositione *cum his* conc. antec. compositione *ex his* neg. antec. Pro cuius intelligentia nota cum Maistr. tom. 4. disp. 5. q. 2. n. 15. quod compositorum alia est *ex his*, & est illa, qua constituitur totum ex partibus se habentibus per modum actus, & potentiae, ita ut ex ipsis aliquid resultet, dicens in recto, & ex æquo sua componentia, ut compositione ex anima, & corpore, ex qua resultat homo, quia nec est anima cum corpore, nec corpus cum anima, sed aliquid tertium causatum ex congressu suarum partium,

tum, per veram, & propriam causalitatem.
Et alia cum his, & dicitur illa, ex qua resultat
aliquid, non dicens in recto, nec ex æquo sua
componentia; sed unum in recto, & aliud in
obliquo, sicut ex subiecto, & albedine resultat
album, quod importat in recto albedinem, &
in obliquo subiectum. Hæ compositiones
distinguuntur in hoc; quod extrema primæ
sunt proprie partes, quæ se habent per modum
actus, & potentiarum, seu tanquam ex materia, &
forma, & ideo de toto non prædicantur. Ac
extrema secundæ compositionis proprie non
sunt partes, unde aliquid eorum, nempe illud,
per quod concretum explicatur, potest de toto
prædicari. Hoc notato, nomen componitur,
ex voce, & significatione, compositione cum
his; proindeque potest vox de nomine prædi-
cari, ad quod non requiritur, quod sit princi-
pale significatum, sed sufficit, quod sit id, pro
quo nomen supponit.

Ad confirm. dist. mai. Nomen materiali-
ter sumptem, est compositum ex voce, & sig-
nificatione: neg. mai. Formaliter acceptum:
conc. mai. & min. neg. conseq. In illo enim
syllogismo variatur appellatio de formalis in
materiali, quia in maioris ly nomen sumitur
formaliter, quia non est compositum, nisi pro
vt

343 Secunda pars Summ. Disp. III.

ut habens significationem; in minori autem esse compositum, quod est prædicatum formale, applicatur materiali nominis, scilicet, voci, absolute, & non ut sit sub formalis. Unde si tertiis ratione huiusmodi defectus non tenet iste syllogismus: *Album est compositum ex subiecto, & albedine; sed subiectum non est compositum ex subiecto, & albedine: ergo subiectum non est album.* Nec ille.

344 Arg. secundo: Nomen est, quid logicum, quia formaliter importat secundam intentionem partis, vel extremi vniuersitatis; sed vox est, quid physicum, quia importat entitatem realem soni, qui in ore animalis causatur ex collisione quarundam partium eius: ergo nomen non est vox. Resp. dist. conseq. Nomen non est vox, & supponit pro voce: conc. conseq. Nomen non est vox, nec supponit pro voce: neg. conseq. Nomen enim logice consideratum, secundam intentionem importat, quia ad propositionem conducit, ut pars, vel extremum vniuersibile. Unde licet principale eius significatum sit secunda intentionis, seu tale artificium logicale; definitur tamen, per vocem, sicut quodlibet aliud concretum accidentale, quod definitur per subiectum, pro quo supponit; nec est inconveniens, quod ens logicum,

&

& secundo intentionaliter, per ens physicum;
 & primo intentionaliter definiatur quando per
 hoc in notitiam, & cognitionem illius venimus,
 ut evenit in praesenti.

Quast. II. An nomen infinitum sit proprium nomen?

Nomen infinitum dicitur, quod ex se rem determinatam significat, ratione tamen negationis praepositæ determinatur ad significanda ea omnia, que non participant rem, quam determinate significat, ut non homo. Ubi vox homo ratione praepositæ negationis determinatur ad significanda ea omnia, que non sunt homo; unde sicut lapis in quantum lapis, non est homo, ita lapis in quantum talis, est non homo. De hoc, & alijs dubitamus an sint proprie nomina?

Respo. negativè. Est expressum Arist. cap. de nomine cum quo omnes sere consentiunt.
Prob. quia nomen aliquid determinatum, & certum significat; sed nomina infinita, scilicet ex parte modi significandi, nihil determinatum, & certum significant: ergo non sunt nomina. Mai. est certa, quia nomen est nota, seu signatio quedam, que imponitur rei, ut per illam

illam distinctè , & non confusè , cum alijs cognoscatur. Prob. min. Nam negatio infinitans non est nota , & signatio , per quam res aliqua possit ab intellectu certè , & determinatè cognosci , quia non homo dicitur tam de eo , quod est , quam de eo , quod non est , quia lapis est non homo , & chymæra est non homo : ergo nomina infinita nihil determinatum , & certum significant , saltem ex parte modi significandi.

Confirm. Quia nomen debet significare quid sit res ; sed nomen infinitum potius explicat , quid non sit res , quam quid sit : ergo non est nomen. Prob. min. Nomen infinitum est quid commune , & indifferens enti , & non enti , in quantum talis sed quod significat aliquid commune , & indifferens enti , & non enti , in quantum tali , non significat , quid sic res , sed potius , quid non sit , quia enti , & non enti , in quantum tali , non est aliquid positivum commune : ergo nomen infinitum potius explicat , quid non sit res , quam quid sit.

2 Arg. terminus infinitus est nota alicuius rei certæ , & determinatæ : ergo est nomen. Conseq. pater , quia nota ita significat aliquid determinatum , sicut ad nomen est requisiitum. Antec. verò prob. Quia terminus infinitus , ut non homo ex parte significati materialis signifi-

cat id , quod non est homo , & non id , quod est homo , ex parte autem significati formalis significat negationem determinatam , scilicet hominis , & non equi ; sed quod significat aliquid determinatum , est nota alicuius rei certæ , & determinatæ : ergo terminus infinitus est nota alicuius rei certæ , & determinatæ . Confirm. hæc propositio equus est non homo significat determinatam veritatem ; sed determinata veritas , quæ de equo dicitur , est ; quod est non homo : ergo non homo aliquid determinatum significat.

Resp. neg. antec. Ad prob. conc. mai. quoad prim. part. dest. quoad secundam ; significat negationem determinatam ex parte rei significatæ : conc. mai. ex parte modi significandi : neg. mai. & dist. min. Quod significat aliquid determinatum , tam ex parte rei significatæ , quam ex parte modi significandi , est nota alicuius rei , certæ , & determinatæ ; conc. min. Quod significat aliquid determinatum ex parte rei significatæ , non autem ex parte modi significandi : neg. min. & conseq.

Licet enim non homo connoret Leonem , Boavem , & ceteras omnes res indeterminatè (præter illam , quam negat) veluti subiecta , quibus applicari potest , ex se tamen non est impositum

ad significandum Leonem, aut Bavem, sed ratione negationem rei significat e per nomen cui adiungitur; ideoque nomen infinitum ex parte rei significatae rem certam significat scilicet ipsam negationem hominis, tamen, quia significat ipsam negationem formae, non determinando, quid sit ipsa negatio, sed quid non sit forma negata, est indeterminatio ex parte modi significandi, & in hac indeterminatione (quae se tenet ex parte modi) stat infinitas nominis. Ad confirm. dist. mai. significat determinatam veritatem, ex parte rei significatae, conc. mai. ex parte modi significandi, neg. mai. & eodem modo dist. min. & conseq.

3. Dices: Ideo cœcum, est verè nomen, quia certam negationem significat, scilicet, visus, & non auditus; sed non homo importat negationem certam, scilicet, hominis, & non equi: ergo est nomen. Resp dist. mai. quia certam negationem significat, tam ex parte rei significatae, quam ex parte modi significandi, conc. mai. præcisè ex parte rei significatae, neg. mai. & dist. min. importat certum negationem, ex parte rei, conc. min. ex parte modi, neg. min. & conseq. Cœcum enim, significat negationem formæ, & simul explicat, quid sit ipsa negatio, scilicet, visus, & non auditus, nec tactus. Unde de-

terminatum, & determinatè significat, quod de termino infinito non verificatur.

4 Arg. secundo: Nomina transcendentia ut intelligibile, & imaginabile possunt applicari, tam enti, quam non enti; & tamen sunt nomina: ergo, & terminus infinitus. Confirm. Ens, & quodlibet aliud transcendentale est nomen; sed nihil determinatum significat: ergo si in ratio- ne in determinati significati excluditur nomen infinitum à ratione propria nominis, etiam ens posset excludi. Resp. neg. conseq. Disparitas patet ex dictis. Nam imaginabile, & intelligibile, ex parte rei significatæ, significant qui- dem quid indeterminatum, & communissi- sum, applicabile enti, & non enti, tamen ex parte modi illud indeterminatum, & commu- nissimum, ita determinatè significat, ut expli- cat, quid sit ille conceptus communissimus; ideoque propriè sunt nomina. Nomen vero infinitum, non explicat, quid sit illa negatio infinitans, sed quid non sit, & ideo merito à ratione propria nominis excluditur. Per quod patet ad confirm.

Dices: Nomen infinitum, ut non homo, ex- plicat, quid sit illa negatio infinitans; ergo rem certam significat, etiam ex parte modi signifi- candi, & consequenter est nomen. Conseq. pa- ter


ter ex dictis. Prob. antec. Non homo significat rem certam, scilicet, ipsam negationem hominis, per nos: ergo explicat, quid sit illa negatio, quia negatio nequit explicari, quid sit, nisi per formam, quam negat.

Resp. dist. antec. Explicat quid sit illa negatio infinitans ex parte rei significatae, conc. antec. ex parte modi significandi, neg. antec. Ad prob. conc. antec. dist. conseq. eodem modo. Quodlibet enim nomen infinitum, certam, & determinatam negationem importat ex parte rei significatae: quia non homo, negationem equi non dicit, sed hominis, & hanc etiam explicat; sed ex parte modi non explicat, quid sit illa negatio; nam non homo non explicat quid sit, sed quid non sit. Ad implic. prob. conseq. dicimus negationes infinitantes in modo distinguuntur a negationibus negantibus; illas enim per formam, quam negant explicantur, sicut etiam istae; sed negantes explicant quid sit illa negatio, non vero infinitantes.

5 Rogabis: An transcendentia possint infinitari? Quidquid alij sentiant, dicimus posse infinitari, quia licet non ens importet determinationem ex parte rei significatae, scilicet, negationem entis, hanc tamen negationem, ita significat, ut non explicet, quid sit illa negatio; sed

Sed quid non sit forma negata, & in hac indeterminatione ex parte modi consistit infinitas nominis.

Dices: De entibus realibus non possunt transcendētia infinitata verificari, quia istæ sunt falsæ *lapis est non ens*, *leo est non ens*; ergo transcendentia non possunt infinitari, quia nomen infinitū de entibus, & nō entibus, verificatur. Resp. neg conseq. & dist. implic. prob. Nomen infinitum transcendentale: neg. non transcendentale: conc. nam infinitatio est talis naturæ, quod limitat illimitata, seu transcendentia, & extendit limitata, seu non transcendentia, quia ratione negationis præpositæ nomen infinitum transiit determinatè ad extremum oppositum. Unde ens, quod est commune, & transcendentiale omnibus entibus ratione negationis præpositæ, limitatur, & stat solum pro non entibus; nomen vero, non transcendentale, quod solum de aliqua natura verificatur, ut *homo*, ratione negationis præpositæ extenditur, & de ente, & non ente dicitur; & ideo istæ *leo est non homo*. *Chymara est non homo* sunt veræ; non vero illæ *lapis est non ens*. *Leo est non ens*.



*Quæst. III. An verbum extra propositionem
habeat rationem verbi?*

1 **S**ensus quæstionis est, an quando verbum solum profertur; v. g. *est*, *currit*, &c. nullo subiecto subintellecto, quod sit, aut currat, habeat rationem verbi?

Dicimus: Verbum extra propositionem, non habet rationem verbi. Est contra Bayon. & prob. verbum est vinculum, nexus, vnio partium propositionis, seu ratio coniungendi extrema; sed nequit esse vnio, nexus, vinculum, seu ratio coniungendi partes propositionis extra propositionem: ergo verbum extra propositionem, non habet rationem verbi.

2 Dices cum Bayon. quod licet de ratione verbi sit vnire extrema, non tamen requiritur, quod actu illa vniat; sed sufficit aptitudo proxima, quam extra propositionem habet ad vniendum. Sed contra; quia vnio, vinculum, & nexus, explicant usum, & exercitium, illudque in sua ratione formalis includunt, cum sint relativa, & non possent intelligi, nisi in ordine ad aliud: ergo ad rationem verbi non sufficit aptitudo proxima ad vniendum; sed requiritur, quod actu vniat. Secundo: Ad ratio-

rationem subiecti, & praedicati, non sufficit aptitudo proxima, ut fatetur ipse, q. 2. art. 32 n. 23, ergo nec ad rationem verbi sufficit aptitudo proxima. Patet conseq. Quia non minus verbum, seu unio est usus, & exercitium, quam subiectum, & praedicatum.

Tertio: Quia alias copula maneret inesse talis, resoluta physicè propositione, quia etiam in illo statu habet potentiam proximam ad illam componendam; sed hoc est falsum, quia conceptus copulae, ut talis, non potest repetiri nisi cum actuali exercitio; & ideo resoluta physicè hac propositione: *Petrus est albus*, manent quidem extrema, non vero copula, quia totum articiale est, sicut totum physicum, unde sicut quando resolvitur totum physicum, v. g. *homo*, manent extrema, scilicet, *corpus*, & *anima*, unio vero, omnino desinit esse, similiter in toto artificiali logico, physicè resoluto, manent extrema, sed copula non manet, & consequenter, nec verbum.

Quarto: Ad rationem verbi requiritur, quod saltim ex modo significandi, sit actio in tempore exercita; hoc enim explicat *ly cum tempore*, que est particula in definitione verbi positiva; sed potentia proxima non est actio in tempore exercita, sed virtus proxima ad

actionem : ergo non sufficit ad rationem verbi.

3 Prob. secundo : Verbum extra propositionem habet rationem nominis : ergo non habet rationem verbi. Prob antec. Dum profertur, *currit* sine subiecto aliquo currente, verbum est extra propositionem , sed tunc solum venimus in cognitionem cursus: ergo verbum extra propositionem , solum habet rationem nominis. Prob. min. Non venimus in cognitionem cursus alicui convenientis in aliqua duratione , seu differentia temporis : ergo tamen venimus in cognitionem nominis, quia convenientia alicui in aliqua differentia temporis est conditio necessaria requisita ad rationem verbi.

Confirm. Dum profertur *currit*, nullo sub intellecto subiecto , cui cursus possit applicari, non possumus intelligere cursum convenire alicui : ergo non significatur talis convenientia , quia convenientia est compositio, seu coniunctio unius cum alio ; sed non significata convenientia unius cum alio , pro aliqua duracione, non intelligitur verbum: ergo intelligitur nomen , & consequenter verbum extra propositionem solum habet rationem nominis, quia servat significationem , in qua convenit cum nomine , & caret ea, que est propriis verbis, propter a nomine distincti.

4 Arg. primo: Verbum extra propositionem habet potentiam proximam ad unniendum: ergo habet rationem verbi. Prob. conseq. Quia verba in definitione non dicunt actum, sed aptitudinem: ergo licet unire extrema sit de ratione verbi, sufficit aptitudo ad unniendum, ut verbum extra propositionem habeat rationem verbi. Confirm. Aptitudo ad componendum sufficit, ut terminus extra propositionem habeat rationem termini: ergo aptitudo ad unniendum sufficit, ut verbum extra propositionem habeat rationem verbi.

Resp. neg. conseq. Ad prob. dist. antec. Verba in definitione absolutorum non dicunt aptum, sed aptitudinem: conc. antec. relativorum; sub dist. transcendentalium; conc. antec. praedimentalium; neg. antec. & conseq. Ad confirm. neg. conseq. Verbum enim est unio, vinculum, & nexus, que non sunt quid absolute, sed relativum, non transcendens, sed terminus, sed praedimentale; ideoque compositionem important, & extra propositionem non possunt habere rationem verbis sicut nec terminus rationem subiecti, aut praedicati, propter eandem rationem.

5 Arg. secundo: Verbum est unio artifcialis; sed licet unio naturalis in exercicio

355 Secunda pars Summ. Disp. III.

consistat, vnio tamen artificialis in sola aptitudine salvatur, clavi, namque in navi, non sunt partes, sed colligationes partium, & substituant sine exercitio; ergo ad rationem verbali sufficit aptitudo. Resp. neg. min. quoad 2. part. Nam vnio in composito artificiali logico non minus est vinculum, ac vnio naturalis, ista enim non est vinculum requirens exercitum, quia naturalis, sed quia vera vnio inter duo extrema se habentia per modum actus, & potentiarum; sed verbum in propositione est vinculum inter extrema se habentia per modum actus, & potentiarum, quia subiectum est materia, & praedicatum forma partialis illius. Unde debet in exercitio consistere, sicut vnio naturalis. Nec exemplum est ad rem; nam clavi in navi sunt, sicut glutinum inter duas tabulas, quod potius est pars, quam vnio partium, quia propria, & vera vnio solum datur inter extrema, que sunt actus, & potentia, aut se habent per modum actus, & potentiarum; quales non sunt partes tabularum, nec partes navis.

6 Arg. tertio: Non minus dependet modus are modificata, quam vnio ab extremis; sed hec syncategoremata: *Omnis*, *velociter*, &c. dum proferuntur sola, significant aliquid per modum modi: ergo verbum currit, dum pro-

profertur solum significat vniōnem, quia non minus inintelligibilis est modus sine re, quam determinat, quam vniō significata per verbum, sine subiecto, quod vnit. Resp. dist. mai. Non minus, & diverso modo: conc.mai. Non minus, & eodem modo: neg. mai. & conseq. Modus namque dependet à re, cuius est modus, & vniō dependet etiam ab extremitis, quę vnit; sed modus dependet à re, non ut relatio, sed vi debilissima entitas ex se non potens subsistere sine re, cuius est modus; ideoque dum solus profertur, intelligitur connotare subiectum; non vero illud exprimere. Unio vero, est relatio, cuius totum suum esse est in ordine ad aliud; unde totum suum esse in usu, & exercitio consistit, non connotando, sed exprimendo extrema inter quę versatur, illaque denominando vnta.

7 Arg. quarto: verbum extra propositionem significat *cum tempore*; nam *currit*; significat currere de praesenti, & *cucurrit*, *cucurisse* de præterito; ergo non est nomen, quia nomen significat sine tempore. Resp. neg. antec. Quia verbum extra propositionem non habet rationem verbi sed solum nominis, aut quasi nominis. Et ratio est; quia verbum, vt tale, duo significat, nempe, rem significatam

per nomen illi correspondens, & eam convenire, vel non convenire a iuncti in aliqua temporis differentia; v. g. in hac propositione *Petrus currit*, verbum significat cursum, quod est proprium significatum huius verbi *currit*, & significat illum *Petro* convenire in hoc tempore; dum ergo extra propositionem profertur *currit*, non intellecto aliquo subiecto currente, servat primam significationem, in qua convenit cum nomine *cursus*, & cum participio *currens*, & emitit secundam, que est propria verbi, ut talis, pro ut à nomine, & participio distinguitur.

Dices: Verbum *currit* per se sumptum, non potest, medio verbo substantivo, ingredi propositionem, nisi sumptum materialiter provoce: ergo non est nomen, quia de ratione nominis est quod possit per modum partis principalis uniri in propositione. Resp. quod verbum *currit*, medio verbo substantivo, & participio, ingreditur propositionem, ut patet in hac: est *currens*, quod sufficit ut saltim mediate, & reductive possit dici nomen. Unde licet sit de ratione nominis (quod est formaliter tale) quod possit per modum partis principalis uniri in propositione, non vero de nomine quod tantum reductive, & mediate est nomen; ut est verbum extra propositionem,

DISPUTATIO QUARTA.

De Oratione.

Quæstio unica. An oratio sit rectè definita?

1 **R** Esp. affirmativè, & sic pro ratione auctoritas Phylosophi, & Dialecticorum, qui eam communiter recipiunt.

2 Arg. primo: Oratio idem significat, apud Dialecticos; ac apud Grammaticos; sed apud Grammaticos definitur oratio, *quod sint plures dictiones congrue se habentes: ergo eodem modo definita est, apud Dialecticos.* Resp. neg. mai. quia aliter Grammaticus agit de oratione, ac Dialecticus. Ille enim agit de vocibus, prout conducent ad congruitatem sermonis, & elegantiam loquutionis; ideoque voces significativas exquirunt, quæ dictiones appellantur, quia ex his, & non alijs congruitas sermonis, & elegantia componitur. Iste verò agit de vocibus conducentibus ad propositionem, & syllogismum, quæ constare

re etiam possunt vocibus non significativis, ut constat ex dictis; itaque debet agere de oratione sub ea ratione, qua comprehendit propositionem his vocibus constatam, & talis est definitio Arist. à nobis tradita.

Dices: sed voces non significativæ non possunt esse partes orationis: ergo ruit solutio. Prób. subsumpt. Oratio est vox significativa composita: ergo constare debet partibus significativis. Patet conseq. quia hoc compositum non est aliud, quam suæ partes: ergo si partes orationis non sunt significative, nec potest significativa esse tota oratio. Resp. neg. subsumpt. Ad prob. conc. amec. neg. conseq. solutio patet ex dictis in hac 2. part. disp. I. quest. 6. vbi diximus, quod ut compositum ex partibus propositionis sit significativum, sufficit, quod aliqua pars illius sit significativa, & idem de oratione dicendum, quia propositione oratio quædam est.

Urgebis: in oratione vbi una tantum pars est significativa, unum, & omnino idem est significatum; sed quando plures voces coniunguntur quæ unum tantum significatum habent, non constituant orationem integrum significativam, sed unam tantum partem orationis, ut patet in his: *Marcus, Tullius, Cicero*, quæ eo ipso, quod unum

vnum tantum significant, vnam tantum partem orationis constituant: ergo ex vocibus, ex quibus vna tantum est significativa, non constituit oratio integra significativa, sed vna pars orationis tantum.

Instatur argum. in toto: Ubi vna tantum pars est corporea, non est, nisi vnum, & omnino idem corporeum, sed ubi est vnum, & omnino idem corporeum, non potest totum integrum denominari corporeum: ergo in homine, ubi vna tantum pars est corporea; non potest totus homo denominari corporeus. Secundo, in causis partialibus; ubi vna tantum est vitalis, non potest effectus totus egredi vitalis; sed intellectus, & obiectum sunt duæ causæ partiales; ex quibus solus intellectus est vitalis; ergo integra cognitio non erit vitalis.

Itaque resp. quod in oratione, in qua vna tantum pars est significativa, integra oratio evadit significativa. Nec hoc labefactant voces assignatae. Nam est manifesta disparitas, quia in oratione, ubi voces non sunt significativa, accipiuntur pro se, & non pro suo significato. Unde non sunt partes orationis ratione significacionis ipsis correspondentis, sed ratione sui, & ideo si illis adiungatur aliquid significans identitatem ipsorum, resultavit totum, quod ha-
beat


habet plures partes, quarum una altissimum significet, ac per consequens resultavit oratio significativa. Ille autem voces *Marcus*, *Tullius*, *Cicero*, non accipiuntur pro se, sed pro suo significato, & ideo non possunt pertinere ad orationem, nisi ratione significationis; cum autem significatum omnium sit omnino idem, necessarium est, quod unam tantum partem orationis contineant.

3 Arg. secundo: Definitio orationis convenit vocibus, que non sunt orationes: ergo non est horia. Prob. an: ec. istae voces: *Pater familias*, *Res publica* non sunt orationes; sed illis convenit definitio orationis: ergo definitio orationis convenit vocibus, que non sunt orationes. Prob. min. ille dictiones constant vocibus separatis significantibus; nam una significatio correspondet voci *Pater*, & alia voci *familias*, & sic de reliquis: ergo illis convenit definitio orationis. Resp. neg. antec. Ad prob. conc. mai. neg. min. Ad prob. dist. antec. constant vocibus separatis idem significantibus, neg. antec. non idem, conc. antec. & neg. conseq. Aliud enim significatum correspondet toti voci, & aliud singulis partibus; nam significatum huius vocis *Pater familias*, quod est habere imperium in familiâ indivisibiliter toti voci correspondet, quod

quod non correspondet singulis partibus, & sic de alijs.

Dices: vnitas significati non auffert rationem orationis: ergo nec multiplicitas significatio- nis rationem orationis auffert: ergo *Paser familias*, v.g. erit oratio, licet singulæ partes peculiare habeant significatum distinctum à signifi- cato, quod toti voci correspondet. Respo- sitione. antec. dist. conseq. Multiplicitas congrua, conc. conseq. incongrua, neg. conseq. Non enim excluduntur ille vocula à ratione oratio- nis, quia singulæ partes peculiare habent signifi- catum distinctum à significato totius; quia terminus complexus est oratio, & singulæ par- tes peculiare significatum habent, sed quia par- tes separatae significantes aliquo nexu, saltuum grammaticalium non coniunguntur, quod requiri- tur, ut unam orationem constituant, cum enim vnitæ in significato non sit, nisi unica dictio, & separatae non sint congrue dispositæ,

nec in significato vnitæ, nec sepa-
rate orationem consti-
tuunt.



DISPUTATIO QUINTA.

De Propositione.

Quæst. I. An Aristoteles rectè propositionem definierit?

1 **S**upponimus, definitionem propositionis à nobis traditam, scilicet: *Oratio perfecta enuntiativa unius de alio*; esse rectam, propositionemque essentialiter definire. Cuius bonitas, quia ex ibi dictis patet, & ferè à nullo talis definitio reiicitur, hic ulterius probanda non est. Sed

2 Dices contra illam: Enunciare unum de alio est proprium propositionis affirmativæ, ut distinguitur à negativa; ergo illa definitio non convenit omni propositioni. Prob. antec. enunciare unum de alio idem est, ac affirmare unum de alio: sed sola propositio affirmativa affirmat: ergo sola illa enuntiat. Prob. mai. nequit intelligi, propositionem unum de alio enunciare, & quod unum de alio non affirmet: ergo. Confirm. propositio negativa, ut talis, non anuntiat unum de alio: ergo sola affirmativa enuntiat. Prob. antec. propositio negativa removet prædicatum à subiecto: sed removere prædicatum à subiecto non est enunciare prædicatum de illo: ergo. Resp.

Resp. neg. antec. Ad prob. neg. mai. Nam enuntiare unum de alio convenit propositioni, tam affirmative, quam negativæ. Illa siquidem enuntiat, prædicatum esse idem cum subiecto; hæc verò enuntiat, prædicatum repugnare subiecto. Undè una enuntiat, prædicatum, & subiectum esse idem; altera verò, utrumque non esse idem. Ad confirm. neg. antec. Ad probat. conc. antec. neg. conseq. Quia non aliter propositio negativa removeret prædicatum à subiecto, quam enuntiando prædicatum subiecto repugnare; tam benè enim dicitur nuntijs, qui narrat aliquid factum esse, quam ille, qui negat, tale quid contigisse.

3 Ubi adverte, ut alia sophismata solvas, propositionem non dici negativam, quia sit negatio enuntiationis; tam benè enim est quid positivum propositio negans, ac affirmans; sed dicitur negativa obiectivè, quatenus enuntiat negationem identitatis prædicati cum subiecto. Hoc supposito.

4 Difficultas est de definitionibus Philosophi per affirmare, vel negare, significare verum, vel falsum. Et quidem certum est, propositionem melius, & profundius definiri per hoc, quod sit oratio affirmativa, vel negativa; quam per significare verum, vel falsum. Tum: Quia affir-

affirmatio, & negatio sunt differentiæ essentiales propositionis. Unde impossibile est, eandem propositionem transire de affirmativa in negativam, aut è contra. Tum : Quia propositio dicitur vera, vel falsa, quia negat, quod non est; vel affirmat, quod est, vel è contra; non tamen est affirmativa, aut negativa, quia vera, vel falsa. Tum etiam : quia ex Subt. Doct. in 4. d. 8. q. 2. §. Proper. v. Istud, num. 2 3. id patet in addiscere; nam si Magister proferat hanc propositionem, *Petrus est risibilis*; tunc discipulus percipit illam, ut assertionem, seu ut propositionem; sed tamen non concipitur ut vera, nisi postquam ipse applicat demonstrationem ad ipsam propositionem, & tunc concipitur ut vera; proindeque affirmatio, & negatio præcedunt veritatem. Videatur Doct. ibi. Sed non ideo definitio tradita per verum, & falsum spernanda est; quia saltim erit descripsiō data per passiones, quæ omni propositioni convenienter; nulla enim est, quæ non sit vera, aut falsa.

5 Dicimus ergo : utramque definitionem propositionis à Phylosopho traditam esse rectam. Et præter auctoritatem Phylosophi, quæ semper quoad fieri potest, servanda est. Prob. vii^{terius} : quia utraque definitio constat generi, & differentiæ; nam ly oratio ponitur loco

generis, per quod convenit cum alijs, quæ propositiones non sunt; reliquæ vero particulae habent rationem differentię, per quas differt ab omni oratione, quæ propositio non est; nulla enim, nisi propositio est affirmativa, aut negativa, vera, vel falsa. Et licet in simplici apprehensione possit repetiri veritas, ut dicemus, in lib. de Anim. non tamen veritas assertiva, aut iudicativa, quo sensu hic de veritate loquimur. Unde esse verum, vel falsum iudicative omni, soli, & semper propositioni convenit.

6 Arg. 1. Ille definitiones explicant propositionem per disiunctionem: sed tales definitiones sunt vitiosæ: ergo. Prob. min. definitio debet convenire rationi communi, ut ab inferioribus abstractæ; sed definitiones date per affirmationem, vel negationem, per veritatem, vel falsitatem, non convenienter superiori, ut ab inferioribus abstractos; quia potius quilibet est duplex definitio; quarum una convenit quibusdam inferioribus, & alia alijs; nulla rationi communi propositionis ut sic: ergo haec definitio, quia disiunctiva, non est bona. Secundo. Definitio superioris convenit cui libet inferiori, & poni potest in definitione cuiuslibet inferioris; bene enim definiretur homo per hoc, quod sit vivens sensibile rationale: sed

prædicta definitio non rectè poneretur in definitione cuiuslibet propositionis particularis; quia falsum est propositionem affirmativam affirmare, vel negare; & falsum est, propositionem veram significare verum, vel falsum; quia quælibet habet unum determinatè: ergo.

7 Pro horum, & similiūm solutione nota, rem dupliciter posse definiri: vel in se ipsa, quando, scilicet, nobis in se nota est eius essentialis differentia, vel per suas passiones disiunctas sufficienter enumeratas; tunc enim licet quelibet passio seorsim non verificetur de omnibus inferioribus, sed de aliquibus tantum, tamen utraque disiunctim circum loquitur nobis differentiam essentiale nobis ignoram, & cum re definita convertibilem. Qua ratione par, & impar dicuntur passiones disiuncte numeri, ut sic; & similiter actus, & potentia; necessarium, & contingens; idem, & directum, sunt passiones entis disiuncte; quia licet quælibet determinatè non conveniat, nisi unius membra dividenti, tamen utraque disiunctim circum loquitur nobis passionem entis nobis ignoram, & cum ipso convertibilem. Quo notato, facile respondetur ad argumenta.

Ad primum dist. mai. per distinctionem ut cumque neg. mai. circumscribente nobis aliquid

com-

commune ignotum, vel minus notum, conc.
mai. & dist. min. in eodem sensu, neg. conseq.
Ad prob. min. conc. mai. dist. min. Non convi-
niunt secundum id, quod explicant, transfat;
secundum id, quod implicant, seu circumscri-
bunt, neg. min. & conseq. Nam licet affirmare,
vel negare, significare verum, vel falsum seor-
sim determinatè non convenient, nisi determi-
natis propositionibus, tamen passio per hæc
circumscripta convenit propositioni, ut sic, &
in quilibet particulari, tanquam ratio generi-
ca reperiatur; sicut esse parem, vel imparem de-
terminatè solum convenient peculiari numero,
at passio per hæc circumscripta convenit nume-
ro, ut sic, & cuilibet ex inferioribus. Diximus
transfat; quia benè dici posset, quamlibet pro-
positionem etiam particularē esse affirmati-
vam, vel negativam, veram, vel falsam; nam
propositio disiunctiva sufficienter est vera; si
vera est quelibet, ex quibus componitur.

Ad secundum dist. mai. definitio, quæ datur
per proprium genus, & differentiam, conc. mai.
quæ datur per passiones circumscribentes pa-
ssiones ignoratas, vel minus notas, subdist. secun-
dum rationes circumscribentes, neg. mai. secun-
dum rationem circumscriptam, conc. mai. & eo-
dem modo dist. reliquas propositiones. Licet

enim par, vel impar non conveniat cuilibet numero particulari, sed vni tantum determinate, tamen ratio communis per hęc circumscripta cui libet numero competit; & idem de passionibus disiunctis entis.

8 Arg.adhuc: naturalis similitudo rei non potest esse falsa: sed propositio mentalis est naturalis similitudo rei: ergo nequit esse falsa: ergo esse falsam non cointegrat passionem disiunctam circunscribentem passionem propositio nis ut sic. Resp.dist.mai. naturalis similitudo rei, vt est in se, conc. mai. naturalis similitudo rei, vt conceptę, neg. mai. & conc. min. in eodem sensu, neg. conseq. Conceptus enim exprimit rem vt cognitam; & quia multoties cognoscit aliter, ac est, ideo est falsus; quia licet rem vt perceptam representet, non tamen vt in se est,

*Quest. II. An una propositio possit esse verior q
altera?*

TUT sensus questionis pateat, quem aliqui, vt credimus, recte non percipiunt. Supponimus 1. nos loqui de propositione mentali, in qua propriè, & intrinsecè reperitur veritas; non autem de vocali, & scripta; in his enim tantum extrinsecè, & velut

in signo expressivo iudicij reperitur. Supponimus secundo ex dicendis lib. 2. Log. quest. vni-
ca, veritatem consistere in relatione reali con-
formitatis cum re, ut est in se. Supponimus ter-
tio, unam propositionem, aut veritatem posse
esse, immo necessario esse perfectiorem altera es-
sentialiter. Ratio est: quia dantur veritates spe-
cie distinctæ; cum ergo species sint sicut nu-
meri, quorum unus necessariò est perfectior
altero; ita una veritas necessariò erit specificè,
& essentialièr perfectior, vel imperfectior
alia. Unde sermo est de duplice propositione
circa idem obiectum: an, scilicet, veritas unius
persistit esse maior veritate alterius. Sed pro ma-
iori intelligentia.

2 Nota, veritatem in huc sensu dupliciter
posse sumi. Primo, pro concomitantibus ipsam;
qualia sunt, v.g. fundamenta, & rationes, qui-
bus moveatur intellectus ad assensum. Secundo,
pro propria formalitate; quo sensu dicit adæ-
quationem, & commensurationem actus cum
objeto. Sed quia hec adæquatio, & commen-
suratio duplex est: alia extensiva, seu in ordi-
ne ad numerum prædicatorum obiecti; ita ut
actus repræsentet omnia, & sola prædicta talis
obiecti; secunda intensiva, cum, scilicet, actus
habet tantam representationem, quantum re-

presentabilitatem habet obiectum; ideo potest dubitari, an una propositio sit verior altera, sumpta veritate pro concomitantibus, vel forma iter, & hoc sive extensivè, sive intensivè?

Ecquidem certum est, quod si veritas sumitur pro concomitantibus ipsam, sic una propositio est verior altera; hec enim veritas *homo est risibilis*, potest cognosci per evidentera motiva, aut fundamentia concurrentia ad assertum ipsum; nam ab uno potest cognosci demonstrative, & à priori per definitionem hominis, ab alio à posteriori per effectus ridendi, &c. Similiter certum est, unam propositionem posse esse veriorem altera extensivè, & quoad numerum prædicatorum; nam si una res habet in se plura prædicata verior erit extensivè actus repræsentans omnia prædicata, quam actus repræsentans unum tantum; nam conformior erit ille, quam iste. Sicut duæ quantitates magis æquales dicuntur, si sunt æquales, secundum omnes dimensiones, quam si essent secundum unam tantum, v.g. longitudinem. Unde erunt æquales extensivè, si utraque est de eodem prædicato, vel de omnibus simul. Difficultas itaque est: an veritas suscipiat magis, & minus intensivè; ita ut una propositio habeat intensivè representationem respectu unius obiecti,

quam

quam alia? Partem negativam tenent accerimè Thomistæ præseriūm Lerma, Bayon, Froyl. & ferè omnes nostrates in M. S.

3. Vicius tamen: veritas propositionis intensivè suscipit magis, & minus, ita ut una veritas possit esse maior alia. Hec deducitur ex Subt. Doct. in 1. dist. 26. §. Ad primum. v. Si inferas, num. 50. & in 4. dist. 50. quest. 4. & 5. ubi tenet, unam visionem de Deo esse perfectiorem altera; quod admitunt omnes Theologi. Ex quo sic prob. conclusio: Omnes cognitiones beatificæ sunt veræ, & extensivè adequatae; nam Beati Deum vident sicuti est, attinguntque omnia prædicata Divina; sed tamen una est verior altera intensivè: ergo datur una veritas intensivè maior alia. Prob. min. hoc ipso, quodlibet Beatus cognoscat omnia, quæ sunt in Deo, inæqualitas visionum non provenit ex eo, quod unus plura, vel pauciora prædicata attingat; sed in eo, quod eadem prædicata unus magis, alter minus intensè cognoscat: ergo si sunt inæquales, talis inæqualitas erit intensiva: pròindeque cognitiones veræ, quales sunt illæ, possunt esse intensivè inæquales, & una maior altera.

Confirm. Nulla visio creatæ repræsentat Deum, quantum est repræsentabilis; alijs Deum comprehendet; ergo una repræsentat magis,

373 Secunda pars Summ. Disp. V.

alia minus: sed non extensivè, ut patet: ergo intensivè. Scimus Thomistas inæqualitatem visionum arguere ex eo, quod unus Beatus plures effectus, aut creatureas videat, quam alter; illamque cognitionem esse comprehensivam, quæ attingit omnia, quæ sunt in obiecto, tam formaliter, quam virtualiter. Sed hoc impugnare non est praesentis instituti; pertinet enim ad Theo og. in materia de visione, & ad lib. de Anim. Vide lib. 3. disp. 2. qua st. 6.

4 Prob. secundo: Veritas formaliter consistit in representatione obiecti, ut in se est: ergo representatio perfectior, & intensior erit perfectior, & intensior veritas. Prob. censem. Perfectior actus perfectius attingit subiectum, quam imperfectior; quamvis tamenque attingat adæquatè extensivè, & quoad numerum predicatorum: sed datur unus actus perfectior alio de eadem obiecto, & quoad eadem predicatoria: ergo.

5 Prob. tertio: Ideo veritas consistet in indivisibili intensivè, nec posset crescere, quia deberet affirmare de obiecto magis, quam ea, quæ in re illi convenientiunt; & hec non est crescere, sed corrumpere veritatem: sed hec non requiritur, ut veritas intensivè crescat: ergo. Mai. est doctrina contrariorum. Prob. min.

Stante eodem obiecto indivisibili extensivè, potest unus actus crescere in adæquatione intensiva veritatis, & conformitatis cum obiecto magis, quam alter: ergo ad incrementum veritatis non requiritur, quod affirmetur magis, quam ea, quæ obiecto convenienter. Prob. antec. Ut una visio corporea sit maior, & adæquationior altera, non requiritur, quod videat magis, quam habet obiectum; sed quod melius, & intensius videat; nam, perfectior potentia visiva, v. g. aquilæ, perfectius, & adæquatius videt obiectum, quam potentia imperfectior, esto non attingat plures partes obiecti visibilis: ergo pariter cognitio intellectiva perfectior magis adæquate, & intense cognoscet obiectum, quam cognitio imperfectior; esto una non cognoscat plura prædicata, quam alia.

6 Tandem prob. ratione efficaci: Actus Fidei Divinæ est cognitio vera: sed datur unus actus intensivè magis verus, quam alter. Prob. min. Tum: Quia potest quis majori conatu excitare intellectum, & habitum, & elicere unum actum Fidei circa mysterium Sanctissimæ Trinitatis, v. g. intensiorem alio, ut pater. Tum: Quia olim Apostoli rogabant Christum D. vi adaugeret eorum fidem; & Eccle-

Ecclesia catholica postulat à Deo Fidei augmentum; & Christus D. dixit Centurioni; *Non inveni tantam fidem in Israel; & Cananeæ.* Mulier, magna est fides tua. Tunc: Qui a Pon-tifex Innocent. XI. declarat assensum fidei posse esse maiorem, quam mereatur pondus rationum ad assensum impellentium. Modo sic: Sed circa eamdem veritatem revelatam potest esse maior, vel minor assensus: ergo, & verior intensivè.

7. Nec valet, si cum Thomist. dicas, actus Fidei inter se comparatos esse perfectiores in ratione cognitionis, non tamen in ratione veritatis formalis; nam omnes æquè ad eum quantur cum obiecto, quod credunt; & unus æquè dicit id, quod res est, sicut alter. Sed contra: Quia hoc est confundere æqualitatem extensi-vam cum intensiva; fatemur enim, duplicitem actum de eodem subiecto, & prædicato esse æquales extensivè; sed inde non probatur, esse etiam intensivè æquales, nec unam veritatem sic non posse esse maiorem alia. Contra sic: Una cognitio vera potest esse intensior alia in ratione cognitionis: ergo, & in ratione veritatis. Prob. conseq. Quia si teneatur, relationem in se non suscipere magis, & minus, sed solum ratione fundamenti; sufficit, quod cog-ni-

nitio, in qua fondatur veritas, que est relatio, possit esse magis, vel minus intensa; quo sensu Bayona disputat hanc questionem: ergo satis habetur intentum, si verum est, cognitionem in ratione talis posse esse magis, vel minus intensam; sicut maior est similitudo albi ut sex, quam albi ut quartus ad album ut octo, per hoc praecepsè, quod fundamentum in uno sit maius, in alio minus. &

Confirm. Implicat, similitudinem non esse maiorem (sive relatio in se suscipiat magis, & minus, sive non) si fundamentum similitudinis est maius, & conformius: sed cognitio est fondamentum veritatis: ergo veritas erit maior, & intensior, quo maior, & intensior erit cognitio; ac proinde si cognitio est intensior in ratione cognitionis, etiam veritas, que est similitudo, erit maior, vel minor.

8 Arg. Veritas formaliter consistit in adæquatione intellectus cum obiecto, pro ut est: sed adæquatio pro formali non suscipit magis, nec minus: ergo una veritas nequit esse maior altera. Prob. min. Adæquatio importat negationem excessus, & defectus. Unde si aliqua forma aliquam superat, vel exceditur ab aliis, non dicitur alteri æqualis; & ita quantitas vnius palmi non magis æquatur enim altera palma.

palmi quam vlna cum vlna: ergo. Confirm. Proprius conceptus veritatis est dicere , rem esse id , quod est , & sicut est : sed rem dicere sicut est , consistit in indivisibili; nam siue plus siue minus dicat, deficit veritas: ergo hæc pro formaliter in indivisibili consistit. Confirm. secundo : Iudicium , & obiectum comparantur secundum rationem iudicabilis , & iudicantis sed secundum istam rationem iudicium verum non potest esse maius, aut minus; cum non assert plus , quam est: ergo formaliter quælibet veritas est equalis.

9 Hæc argumenta , & similia procedunt ex non distinctione ad quæquationis extensivæ , & intensivæ ; quarum prima consistit in eo , quod non magis , nec minus affirmetur de obiecto , quam id , quod in se habet ; secunda vero in eo , quod tanta vis cognoscitiva repetriatur in actu , quanta intelligibilitas pessima est in obiecto . Quod patet exemplo duarum visionum eiusdem obiecti , & earumdem partium illius; quarum utraque est adæquata extensivè , quia non plures partes attingit una , quam altera ; sed imperfectior non ita intensivè attingit , ac perfectior. Unde utraque idem videt , sed non utraque æquè intensivè videt .

10 Resp. ergo in forma dist. mai. In adæquatione
qua-

quatione extensiva , transeat ; in adæquatione intensiva , neg. mai. Et dist. min. Non potest magis , & minus suscipere extensivè , permit. intensivè , neg. min. Ad prob. dicimus , adæquationem in sua linea importare negationem excessus , & defectus ; at veritas non est necessario adæquatio intensiva cum obiecto ; proindeque potest esse maior , vel minor. Diximus transeat , loquendo de adæquatione extensiva ; quia etiam hæc potest magis , & minus admittere ; nam hæc propositio , *homo est animal rationale* , verior est extensivè , quam hæc , *homo est animal* ; quia illa plura prædicata attingit , quam ista.

Ad exemplum de æqualitate inter duos palmos , & duas vlnas , concedimus , duplicum palmum non esse minus æqualem , quam duplex vlnam ; quia non aliam adæquationem hæc extrema dicunt inter se , quam extensivam , nam provenit à quantitate. Unde non suscipit magis , & minus , quia id quantitatè repugnat. At cognitio , & veritas ultra adæquationem extensivam admittunt quoque intensivam ; ideoque bene potest duplex actus esse æqualis in extensione , & inæqualis in intensione , ut patet in exemplo de visione. Quare paritas nihil probat.

11. Imò adhuc est discriminē inter æquālitatem extensivam duarum quantitatū, & intellectus cum obiecto; nam vna quantitas nequit esse æqualis alteri, nisi habeat tot partes, quot illa. Cuius ratio est: Quia denominatio æqualis cadit supra totum, non verò supra quamlibet partem. De quo vide dicenda in Log. lib. 1. disp. 11. q. 4. ad quartum. At intellectus potest conformari cum obiecto, & elicere actum verum, quamvis non adæquetur extensivè cum obiecto; hic enim actus, *homo est animal*, est verus, quamvis non attingat omnia prædicata, quæ sunt in homine; proindeque veritas non requirit adæquationem extensivam actus cum obiecto, sicut æqualitas adæquationem extensivam vnius quantitatis cum alia; ideoque adhuc extensivè potest dari vna veritas maior altera.

Ad primam confirm. conc. mai. neg. mgn. Ad implic. prob. dicimus, quod si intellectus plus dicat, quam habet obiectum, erit falsus; non tamen si minus dicat, quam habet, dummodo non asserat oppositum; nam qui dicit, *homo est animal*, minus dicit, quam habet homo, nec ideo falsum dicit. Et licet omnia, quæ sunt in obiecto affirmaret, posset tamen adhuc maiorem veritatem intensivè elicere; nam anima

separata potest affirmare , quidquid est in homine, sicut Angelus ; & tamen hic perfectior rem, & magis ad equatam veritatem eliceret.

Ad secundam confirm. conc. mai. neg. min. quoad secundam partem. Recte enim iudicabit intellectus de obiecto , etiam si minus dicat, ut patet ex dictis; nam proposita liceat, an homo sit animal? Rectum erit iudicium affirmare, *homo est animal*; & tamen non totum quod est homo , dicit , quia de homine plures possunt excitari questiones, & lices. Et adhuc permisso , quod totum deberet dicere , tamen posset unus intellectus melius dicere; quia profundius penetraret de obiecto id, quod dicit. Et per hanc doctrinam solvi possunt omnia argumenta , que congeruntur contrarij.

12 Ex quo colliges , quid dicendum de falsitate. Quod melius intelliges , si advertas , illam posse dupliciter sumi : vel negativè , ut dicit carentiam veritatis; vel positivè , ut significat recessum , & distantiam à veritate , que consistit in relatione inæqualitatis ; sicut absentia Romæ potest sumi , vel ut dicit carentiam Romanæ præsentiae , vel ut importat distantiam positivam , v. g. Florentiaz , vel Matrii. Quo notato.

13 Dicimus , unam falsitatem sumptuaria

381 Secunda pars Summ. Disp. V.

pro recessu à veritate posse esse maiorem alia;
ex duplice capite. Primo, si privat perfectiori,
& magis necessaria veritate; unde falsior est
ista, *Deus non est*, quam ista, *Mundus non est*.
Secundo potest esse falsior extensivè, si plura
denegat prædicata, quam si unum solum; nam
si decem homines currant, falsior erit hæc, *unus
tantum homo currit*, quam ista, *nove tantum
homines currunt*; quia prima negat cūsum de
pluribus, quam secunda. Similiter falsior est
hæc, *homo est lapis*, quam ista, *homo est leo*;
quia illa removet ab homine rationalitatem, &
animalitatem, hæc verò solam rationalitatem.

14 Dices: Falsitas formaliter consistit in
recessu à veritate: sed quilibet propositio falsa
æquè à veritate recedit: ergo quilibet est æquè
falsa, Prob. min. Parum, vel multum à veri-
tate recedere, de materiali se habet in ordine
ad recessum pro formalis; sicut æquè peccat,
qui ad Eucharistiam accedit non ieiunus, sive
parum, sive multum comedenter: ergo.

Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob. neg.
antec. Nam formaliter potest unus magis po-
sitivè à veritate recedere, quam alter, vt patet
in exemplis adductis. Paritas autem adducta
nihil probat: nam præcepit sumendi Eucha-
ristiam consistit in indivisiibili,, vt scilicet, an-

te compositionem, & ieiunè sumatur. Ex quo solum sequitur, quod si obiectum falsitatis consistet in indivisibili, non posset una falsitas esse maior alia. At sicut in moralibus quedam præcepta in indivisibili consistunt, ut in exemplo de Echaristia, quedam vero non sicut nam qui centum furatur, plus peccat intra eandem speciem quam, qui furatur decem, sic licet de obiecto indivisibili nequeat dari una falsitas maior alia, tamen in obiecto divisibili oppositum evenit; potest enim dari maior, vel minor distantia à veritate, que inducat maiorem disformitatem, in qua consistit falsitas.

Quæst. III. An eadem propositiō possit transire de vera in falsam, vel è contraria?

Non loquimur de propositione una cali; haec enim cum in sui significative dependeat ex libera hominum voluntate, stante eodem obiecto, potest significare modo unum, & postea oppositum; ac proinde nunc esse veram, postea falsam. Nec etiam loquimur de propositione mentali necessariâ aut impossibili; ut sunt istæ, homo est animal, homo est lapis; haec enim sunt æterne veritatis, vel falsitatis; quia essentiæ rerum sunt invaria-

biles, nec possunt aliter se habere. Loquimur ergo de propositione in materia contingentia, ut est ista, *Petrus sedet*. Pro quo.

Nota, quod huiusmodi propositio potest esse, vel intuitiva, vel abstractiva. Prima nequit mutari de vera in falsam; cum enim habeat pro obiecto formalis, & motivo rem ipsam in se praesentem, v.g. cursum Petri; ideo cessante cursu à parte rei, cessat etiam actus intuitivus, quia pendet ab obiecto, ut est in se. Remaneat ergo sola difficultas de propositione mentali contingentia abstractiva; quia cum hæc causetur media specie, potest contingere, quod eliciatur cognitio, quando obiectum in se ita est, & etiam quando aliter se habet; ut patet in Gentili, qui æquè affirmat, substantiam panis esse in hostia ante, & post consecrationem.

Nota in super, propositiones contingentia de praesenti connotare tempus. Sed hoc dupliciter contingere potest. Vel ita ut determinata, & expressè consignificet certam temporis differentiam; ut hæc, *Petrus sedet per totam horam*; & huiusmodi propositiones nequeunt mutari de veritate in falsitatem, aut è contra, nam iste copulant omnes partes illius horæ cum sessione Petri. Unde si Petrus surgat in ali-

aliquo instanti illius horæ, propositio etiam in primo instanti fuit falsa, quia etiam in primo significabat totam horam; si vero Petrus per totam illam horam sedeat, nunquam propositio erit falsa. Vel ita ut solum significent confusam temporis partem; ut hæc absolute prolata, Petrus sedet; & de ista procedit præsens difficultas.

3. Dicimus ergo: Eadem propositio in sensu explicato potest transire de vera in falsam, & è contra. Ita ex præssè Subt. Doct. in 4a dist. 8. q. 2. §. Propter. V. Ista. n. 23. vbi ait: *Veritatem esse relationem accidentalem propositionis, cui potest inesse, & non inesse.* Prob. 1. ex Arist. pluribus in locis, præsertim in predicament. cap. de substantia. Ubi ait: *Eadem oratio falsa, veraque videtur esse; nam si vera est hec oratio, quempiam, in quam, sedere; se ille surgat, eadem hec oratio falsa erit, &c.* Ex quibus verbis deducitur ratio communis pro conclusione: hoc iudicium, seu propositio, Petrus sedet, durare potest per duo, tria, aut plura instantia: sed in uno instanti potest esse vera, & in alio falsa: ergo. Prob. min. Potest Petrus sedere in instanti, A, & non sedere in instanti, B, sed hoc ipso propositio erit vera in primo instanti, quia conformis obiecto; &

Falsa in secundo, quia non conformis: ergo;

4 Respondent aliqui, propositionem in secundo instanti non esse eamdem, ac in primo; sed entitativè, & essentialiter distinctam: Nam vel in primo repræsentat obiectum proprio, & in secundo pro secundo instanti, & sic quid distinctum repræsentat in primo instanti, ac in secundo; ac per consequens erit distincta in uno, & in alio. Vel in utroque instanti repræsentat obiectum pro primo, & sic in primo erit de præsenti; & in secundo de præterito; ac proinde distincta in uno, ac in alio.

Sed contra primo: Quia hæc solutio manifestè opponitur Arist. expressè loquenti de eadem numero propositione. Nam clare ait: *Si ille surgat, eadem haec oratio falsa erit; ubi ly eadem haec identitatem numeralem significat; nec in illa Grammatica, aut Logica oppositum rationabiliter dici potest: ergo voluntaria est solutio.* Contra secundo: Cognitio abstractiva, entitativè sumpta, ut distincta ab intuitiva, non dependet ab obiecto in se, sed ab illo ut repræsentato in specie: ergo non dependet (ad huc tanquam à connotato) in sui entitate ab eo, quod obiectum sit, vel non sit; & consequenter in secundo instanti, in quo non existit fes-

sio Petri, est idem actus ac in primo instanti, in quo existit. Antec. patet: Nam cognitio abstractiva præscindit ab existentia rei, & eodem modo repræsentat, sive res existat in hac differentia temporis, sive non. Prob. conseq. Cognitio, quæ est de eodem obiecto, & eodem modo se habens, est eadem essentialiter cognitio: sed abstractiva, adhuc non existente obiecto, est de eodem quoad substantiam, & eodem modo se habet; alias esset intuitiva, quia variaretur ad variationem existentiæ obiecti: ergo non dependet in sui entitate ab eo, quod obiectum in re sit, vel non sit.

5 Unde aliud est id, quod requiritur ad veritatem propositionis; & aliud, quod requiritur ad entitatem, & substantiam cognitionis. Ad primum enim requiritur, quod obiectum in se sit eodem modo, quo affirmatur per actum; & si ita non est, variabitur veritas propositionis. Ad secundum vero solum requiriatur, quod species illius representet; quod potest contingere, sive res sit, sive non. Ideoque non negamus, propositionem de præsenti significare tempus præsens, modo infra explicando; sed non requiritur ad eius substantiam, quod obiectum existat in tempore significato per talam propositionem; alias omnis

cognitio esset intuitiva, quia dependeret essentia
rialiter ab existentia obiecti in tempore, quo
illa efformatur. Ex qua doctrina patet hallu-
cinatio contrariorum.

Contra tertio: Licet propositio in secun-
do instanti representaret obiectum pro primo,
si non est eadem, non posset esse vera: ergo
malè supponitur, propositionem in secundo
instanti posse esse de præterito, & veram, quia
representat obiectum pro primo. Prob. antec.
Phantasma, etiam in somnis, representat obie-
ctum cum omnibus circumstantijs, & eadem rea-
li temporis differentia, quam habuit à parte
rei: sed tamen non vere representat obiectum;
alias esset verum nunc, seu de præsenti, me
committere bellum: ergo implicat, proposi-
tionem pro secundo instanti dicere obiectum
pro primo.

Contra quarto: Propositio ratione copi-
iae consignificat tempus confusè, vagè, & in-
determinate: ergo entitas propositionis debet
coexistere differentiæ temporis confusè, &
vagè consignificatiæ. Modo sic: Sed pro illa
differentiæ temporis potest propositio, que
erat vera, reddi falsa: ergo immutata entitate,
& substantia propositionis, potest transire de
vera in falsam. Prob. subsumptia: Differentia
illa

illa temporis consignificata per copulam, habet multitudinem partium sibi invicem succedentium (aut instantium, si velis) sed sessio Petri, v. g. poterit in una parte temporis consignificati ex istere, & in alia parte non existere: ergo poterit propositio eadem permanens quoad entitatem esse vera in una parte temporis consignificati, & in alia falsa.

Confirmat. & explic. hoc: Entitas propositionis debet esse eadem, sicut idem obiectum, & idem connotatum: sed pro tota differentia temporis consignificati per copulam est idem obiectum, & idem connotatum: ergo debet durare entitas propositionis pro tempore consignificato: atqui cum illud tempus sit successivum, poterit sessio in una parte illius existere, & in alia non: ergo poterit propositio adhuc existens esse in aliqua parte temporis consignificati vera, & in altera falsa. Patet conseq. Quia existente sessione, est vera, quia conformis; & non existente, falsa, quia non conformis.

Arg. primo: Hæc propositio, *Petrus sedet*, cum primo formatur necessario significat tempus praesens, & non aliud ultra; nam significare cum tempore, est repræsentare aliquid in illo fieri: sed in illo tempore consigni-

Sicuto est vera, vel falsa: ergo nequit eadem propositio de vera in falsam, vel è contra mutari. Prob. min. Vel in toto illo tempore consignificato Petrus sedet, vel non sedet in toto illo tempore, sed in una parte illius? Si primum; propositio erit vera. Si secundum; erit absolute falsa: ergo. Confirm. Talis propositio, (etiam si per impossibile continuaretur in alio instanti, in quo Petrus non federet) non potest reddi falsa, si fuit vera in primo instanti: ergo. Prob. antec. Propositio est vera, quando existit objectum importatum per copulam: sed adhuc in secundo instanti existit objectum pro instanti importato per copulam: ergo si semel fuit vera, semper erit vera; & si semel falsa, semper falsa.

Resp. dist. mai. Consignificat tempus praesens explicitè, & determinatè, neg. mai. implicitè, & confusè, conc. mai. Et permis. min. neg. conseq. Cum enim dicitur, propositionem vi copulae consignificare tempus, non debet intelligi de tempore determinato, ita ut sensus sit: *Petrus sedet in hac hora*, aut *Petrus sedet nunc*; ita ut ly nunc determinatè sumatur. Sic enim libenter concedimus propositionem de vera in falsam nō posse mutari, sed sensus est, *Petrus sedet in aliquo tempore indeterminato*;

in quo permanet illa propositio, non totum illud simul significando, sed successivè, secundum coexistentiam, quam sessio dicit ad illam propositionem. Cum ergo tempus coexistat successivè, & secundum diversas partes; inde est, quod sessio tali tempore commensurata possit in una parte ex illis indeterminatè deficere, & propositio reddi falsa. Unde contrariorum æquivocatio provenit ex eo, quod iudicant per copulam consignificari temporis, ut totum quod determinatum, & obiectivè simul acceptum; quod ita non est, quia tempus præsens significatur indeterminatè. Ideoque ad prob. neg. supposit. Nam cum dicit, quod pro toto illo tempore, *Petrus sedet*, vel *non sedet*; sumit tempus determinatè contra modum consignificandi copulæ. Per quod patet ad confirm. quæ eodem æquivoco laborat.

7. Dices: licet verbum consignificet tempus indeterminatum, & confusum debet esse absolute vera, vel falsa: ergo nequit de uno in aliud transire. Prob. antec. vel tempus consignificatum explicatur copulativè sic: *Petrus sedet in hac parte temporis, in illa, & in illa;* & hoc modo propositio est absolute vera; si semper sedet; vel absolute falsa, si in aliqua parte non sedet; nam ad falsitatem copulativæ sufficit,

cit, quod una cathegorica sit falsa. Vel explicatur disiunctivè sic : *Vel in hac parte temporis sedet, vel in ista*; & hoc modo etiam erit, vel absolute falsa, si nunquam sedet, vel absolute vera, si in aliqua parte temporis sedet; quia ad veritatem disiunctivæ sufficit, quod aliqua cathegorica sit vera: ergo quocumque modo explicetur consignatio, propositio non potest transire de vera in falsa, aut è contra.

Resp. neg. antec. Ad prob. posset negari antec. vel supposit. Quia suppositio propriè convenit termino communī in ordine ad sua inferiora, non verò in ordine ad ea, quæ ut concordanterant se habent; ut tempus respectu verbi. Unde nullo ex illis modis debet hæc propositio explicari. Sed ut profundius replica solvatur.

Resp. quod cum tempus sit quoddam totum successivum habens partes, non simul, sed successivè; si significatur confusè, & vage in propositione, ut cum dicitur, *Petrus sedet*; non potest explicari per descentum, nec disiunctivum, nec coniunctivum; quia talis descensus solum fieri potest in inferioribus, quæ simul sunt, quia potest ipsis convenienter predicatum. Qua ratione bene arguitur: *Onnes homines curruunt: ergo ille, & ille, &c. Aliquis homo currit;*
ergo

ergo vel ille, vel ille, &c. Unde ille descensus non respicit subiecta successiva, sed simul existentias in tempore autem hoc fieri nequit, quia ratione suæ successionis nequerunt ille cathegoricæ simul evantri copularivè, aut disiunctim, sed necessario una post aliam, & independenter ab aliis, sicut partes temporis sibi invicem succidunt, existente iudicio affirmante sessionem de Petro. Ideoque hæc, *Petrus sedet*, debet quasi explicari per cathegoricas absque aliqua conjunctione; vel si coniungantur per copulam, & non debent coniungi, ut omnes simul verè, sed successivè; quia id solum permittit duratio successiva temporis. Unde ad veritatem copulativæ inferiorum simul existentium, requiritur, ut omnes sint simul verè, quia prædicatum dicitur, ut omnibus simul conveniens; ad veritatem verò copulativæ de inferioribus sibi invicem succedentibus non requiritur, ut omnes sint simul verè.

8 Replicabis: cum dico, *Petrus habet horam disputat*, prædicatum verificatur de omnibus partibus simul: & tamen partes illæ sunt successivæ: ergo successio non obstat, quoniam minus fiat descensus copulatus: ergo etiam potest fieri descensus copulativus simul. Resp. dist. mai. de omnibus partibus simul simultate reali, neg. mai.

mai. simultate obiectiva, & se tenente ex parte cognitionis, subdist. ratione explicitè significacionis temporis, conc. mai. ratione consignificationis censuse, & indeterminatæ, neg. mai. & dist. min. in eodem sensu, neg. conseq.

Est enim latum discriminem inter hanc propositionem, *Petrus hac hora disputat*; & istam, *Petrus disputat*. Nam in prima intellectus explicitè, & determinatè advertit ad omnem horam, & partes simul colligit simultate obiectiva. Unde prædicatum attribuitur subiecto, ut inherentia ipsius coexistit omnibus partibus horæ simul acceptis, ita ut ad unius partiis falsitatem tota propositio reddatur falsa; & non potest eadem propositio simul esse vera, & falsa. In ista vero propositione, *Petrus disputat*, intellectus non advertit explicitè, & simul omnes partes temporis, sed solum significat illas secundum coexistentiam successivam, quam dicunt ad propositionem in intellectu permanentem; idèque una consignificatur post aliâ, & independenter ab aliâ; proindeque si Petrus disputat in una parte temporis, & non in alia, eadem propositio, quæ tempori coexistit, erit primo vera, & postea falsa.

9 Arg. 2. Propositionem representare cum tempore est representare, aliquid in tempore fieri;

fieri: ergo nequit repræsentare novum tempus sine sui mutatione; ac proinde nequit eadem esse in hoc tempore vera, & in sequenti falsa. Prob.conseq. propositio repræsentans, aliquid fieri in loco, v. g. in foro, nequit repræsentare, idem fieri in alio loco, sine sui mutatione: ergo pariter. Patet conseq. quia sicut non potest cognosci, aliquid fieri in foro, quin cognoscatur forum: sic nequit cognosci, aliquid fieri in tempore, quin tempus cognoscatur.

Resp.dist. antec. Est repræsentare explicitè, seu determinatum tempus, neg. antec. implicitè, & tempus confusum, conc. antes. & dist. con seq. nequit repræsentare explicitè, conc. con seq. implicitè, neg.conseq. Ad prob. conc. antec. neg. conseq. & paritas. Discriben est; nam ista propositio, *Petrus ambulat in foro*, significat locum determinatè, & explicitè; & ideo variatur ad variationem loci, sicut etiam variatur hęc, *Petrus legit hac hora*, per significacionem lectionis in alio tempore. At propositio significans tempus confusum, & implicitum, non variatur per successionem temporis secundum partes priores, & posteriores, secundum coexistentiam successivam, quam dicunt ad talem propositionem in intellectu manentem.

10. Imò paritas assumpta de loco efficaci-

ter in contrarios retorquetur. Nam hoc iudicium, *Petrus in domo sedet*, non potest sine sui mutatione significare sessionem Petri in Ecclesia; hoc vero iudicium, *Petrus sedet*, non mutatur, sive Petrus sedeat hic, sive alibi: sed hoc non alia ratione, nisi quia primum iudicium significat determinatum locum; secundum vero significat locum indeterminatè, & confusè; ac si diceret, *Petrus in aliquo loco sedet*: ergo similiter licet non possit, non variari entitative propositio significans tempus determinatum, si aliud tempus determinatum significaret, tamen propositio significans tempus confuse, & implicitè non mutabitur quoad substantiam per successionem partium temporis. Patet conseq. quia non minus presentia localis est circumstantia obiecti, & actionis, quam coexistentia ad tempus; ac preinde, si quando locus significatur confusè, non mutatur iudicium per mutationem loci, etiam quando tempus significatur confusè, non mutabitur propositio per mutationem, & successionem partium temporis.

ii Per quod patet solutio ad quoddam argumentum Ovid. quod sic se habet. Ad hoc ut propositio in hoc instanti sit vera, debet supponi illius obiectum existens, non solum in hac instanti, sed etiam in quolibet tempore per co-

proprietatem importato eo modo, quo per copulam
importatur: sed eo ipso, quod in hoc instanti
supponatur obiectum propositionis existens in
omni tempore importato per copulam, impli-
cat, postea non existere in aliquo tempore per
copulam importato; ergo implicat propositionem
postea fieri falsam. Min. & conseq. tenent.
& mai. prob. Ut hæc propositio, *Petrus semper
currat*, in hoc instanti sit vera, debet Petrus in
omni instanti currere; nam veritas propositionis
consistit in conformitate actus cum toto
objeto significato: ergo ad hoc ut in hoc in-
stanti propositio sit vera, debet in hoc instanti
conformari cum toto objeto significato: ergo
si obiectum significatum dicat non solum dura-
tionem præsentem, sed etiam præteritam, &
futuram, debet propositio conformari cum
objeto, quatenus dicit non solum durationem
præsentem, sed etiam præteritam, & futuram:
ergo vera est maior.

12 Resp. enim primo, conc. totum argu-
mentum, si loquatur de propositione consig-
nificantे explicitè certam temporis partem; id
enim, & non amplius probat illud exemplum,
Petrus semper currat. Negatur vero totum, si
loquatur de propositione consignantе tem-
pus implicite, & confuse. Cuius ratio patet ex
dictis,

dicitis. Vel secundo resp. conc. mai. vt iacet, scilicet, ut propositio in hoc instanti sit vera debet supponi eius obiectum existens pro omni tempore importato per copulam *eo modo*, quo per copulam importatur; nam si per copulam importantur partes temporis determinate, etiam in singulis partibus determinate debet supponi obiectum propositionis; si vero indeterminate, & confusè, quo sensu nos loquimur, eodem modo debet supponi obiectum existens, scilicet, confusè, & successivè; ita ut in aliqua parte possit mutari, manente propositione. Sed neg. min. quod obiectum non possit, non existere in aliqua parte temporis per copulam confusè importati.

13 Arg. 3. Variato obiecto, variatur etiam cognitio: sed Petro non currente in secundo instanti, variatur obiectum cognitionis: ergo, & cognitio; ac proinde eadem propositio nequit esse modo vera, modo falsa. Confirm. 1. illa cognitione, Petrus sedet essentialiter repräsentat cursum Petri verum, & realem: ergo ut existentem: ergo non existente cursu, non permanebit idem actus, quia non permaneret omnino idem obiectum. Confirm. 2. Actus in ratione veri non minus dependet ab ipso in se, quam in ratione repräsentantis: sed ut talis ita

necessario repræsentat, vt non possit non rea
præsentare: ergo necessario est verus, vt non
possit esse falsus.

Resp. dist. mai. variato obiecto formalī, conc.
mai. obiecto materialī, neg. mai. & dist. min. in
eodem sensu, neg. conseq. Cognitio namque ab-
stractiva præscindit ab existentia rei in se; nam
eodem modo repræsentat, sive obiectum in re
existat, sive non; existentia enim, nec est obie-
ctum motivum, nec terminativum cognitionis
abstractivæ, vt cognitio est. Unde aliud est
Substantia talis cognitionis, & aliud veritas; in
primo sensu existentia rei in se est obiectum
materiale cognitionis; quia hoc modo solum
dependet ab obiecto, non vt in se, sed vt in
specie; at in secundo sensu, scilicet, vt vera, ta-
lis cognitio dependet ab existentia rei in se,
tanquam ab obiecto formalī; ideoque ad va-
riationem existentiæ obiecti variatur cogni-
tio, vt vera, non autem quoad substantiam.

14 Ad primam confirm. conc. antec. dist.
conseq. vt existentem inesse obiectivo, & ap-
prehensivo, conc. conseq. vt existentem à parte
rei, neg. conseq. & quidquid inde sequitur. Li-
cet enim propositio ratione verbi repræsenet
prædicatum convenire subiecto in tempore;
hoc debet intelligi obiectivè, & secundum ap-

prehensionem, non in se, & à parte rei; quia ab hoc præscindit cognitio abstractiva, ut cognitio est. Unde apprehendit, quod existentia sit à parte rei, sive illa in se detur, sive non; ideoque argumentum potius probat, nullam posse dari cognitionem abstractivam falsam. Nam inquirimus: cum quis falso asserit, Petrum sedere, ille utique iudicat, ita esse à parte rei: vel ergo tunc datur existentia in re talis sessionis? Et sic propositio non erit falsa; vel non datur talis sessio? Et sic propositio non habebit obiectum, ad quod terminetur; nam, per te, eius obiectum esset sessio à parte rei, quæ re vera non datur.

Ad secundam confirm. neg. mai. Nam cognitio abstractiva duplicem relationem importat ad obiectum: aliam ut cognitio, scilicet, attingentie, & representationis; & hanc habet sive obiectum existat, sive non; aliam ut veram, scilicet, relationis conformitatis cum ipso. Secundum primam non dependet ab existentia obiecti in se, & à parte rei, sed abstractit; quoad secundam dependet, quia ab eo, quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa.

15 Arg. 4. Implicat, Eadem supernaturali posse concurrere ad actum falsum: sed hoc.

hoc eveniret, si propositio posset transire de vera in falsam: ergo. Probat. min. & ponamus, Catholicum formare hanc propositionem, *Christus D. est in hostia anime corruptionem specierum, & eandem continuare, usque ad corruptionem illarum.* Modo sic: per nos, eadem est illa propositione ante, & post corruptionem specierum; & ante est vera, postea falsa: sed antea eliciebatur à Fide supernaturali: ergo, & postea, cum sit eadem numero propositio: ergo Fides supernaturalis concurreret ad actum falsum.

Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob. dicimus, Fidem supernaturalem de hoc Mysterio non terminari ad hanc hostiam in particulari, sed ad hostiam verè consecratam in universalis. Unde assensus Fidei sic intelligitur: *Christus est in omni hostia verè consecrata;* & in hoc sensu semper est vera, sive hec hostia in particulari corruptatur, sive non; immo sive sic consecrata, sive non. Quare si nulla daretur hostia, adhuc propositio esset vera; argumentum vero procedit de hostia in particulari, & circa illam potest dari propositio vera, & falsa; casu, scilicet, quo hic non sit verè ordinatus aut non habeat intentionem consecrandi; ideoque talis assensus dependet à Fide humana, & naturali. Et hinc colliges, qualiter debet adorari Christus

40 I Secunda pars Summ. Disp. V.

Iustus D. in Sacramento; nam adoratio terminata debet ad Christum D. prout in Sacramento, seu prout in hostia, & vino ritè consecratis : & hoc modo digne adoratur Christus D. quamvis hæc hostia in particulari ritè consecrata non sit. Sed nunquam expedit dare locum dubio de hac hostia in particulari; hoc enim charitatem diverteret, & devotionem tepidam facit; adoretur Christus D. in Eucharistia, & huiusmodi cogitationes ut inviles repellantur.

16 Idem dic de hac propositione, *Christus D. nascetur*, formata ante Christi D. nativitatem, & continuata, usque ad nativitatem, & post; obiectum enim talis assertus, ut à Fide proveniret non est nativitas Domini, ut in hac, vel illa differentia determinata temporis, sed ad tempus nativitatis à Deo ordinati, & praestituti. Unde sensus eius esset: *Credo nativitatem Christi D. in tempore præordinato à Deo;*
& sic præscindit à respectibus præteriti, præsentis, & futuri;
& idem semper
est.



Quæst. IV. An propositiones de futuro contingenti absolute habeant determinatam veritatem, vel falsitatem?

1 **P**AUCIS ab hac difficultate expediatur, & quantum muneri logico satis est: huius enim materię profundior decision ad Theologiam spectat. Pro quo.

2 Notandum futurum esse id, quod modo non existit; existet tamen in aliqua dura-
tione sequenti, sicut præteritum est illud, quod modo non existit, existit tamen in aliqua du-
ratiōne antecedenti, de quo Überius in
Theolog. Hoc autem futurum duplex est: abso-
lutum, scilicet, & conditionatum. Primum est,
quod de facto existet à parte rei: v. g. Anti-
Christus, dies iudicij, &c. Secundum, quod de
facto non existet à parte rei; existeret tamen
si poneretur aliqua conditio, ut conversio Ty-
riorum, & Sydoniorum, si Christus D. illis pre-
dicasset, iuxta illud. Si in Tyro, & Sydone facta
fuerint signa: pænitentiam egissent. Non loqui-
mur hic de futuro conditionato, quod gravi-
simas tangit difficultates Theologicas, sed de ab-
soluto, quia de illo cogit Phylosop. in fin. lib. 1.
Perh. etiam scilicet, propositiones de illo effor-

matæ sint determinatè veræ, & conformes obiecto, vel falsæ, & non conformes? sive veritas, aut falsitas, sint nobis notæ, vel occultæ. Rorsus futurum, est duplex; aliud necessarium, quod, scilicet, ita existet, ut non possit non existere (sicut natura liter loquendo) ut ortus solis crastina diez aliud contingens ad vitrumlibet, quod, scilicet, ex se est indeterminatum ad esse, vel non esse. Ut *Anti-Christus erit*, vel *non erit*. *Petrus eras leget*, vel *non leget*, & de hoc ultimo procedit quest.

Sed ulterius notandum non inquirere causam futuritionis, seu obiecti, ad quod propositione terminatur; hanc enim supponimus esse divinum decretum, sine quo nihil est futurum; ac proinde independenter à decreto, nulla existit propositionibus. *Petrus erit*. *Petrus non erit*, est vera, sed supposita futuritione, qua rimus, quid de facto sentiendum sit, an scilicet propositiones de futuro contingentí absoluto efformatae sint determinate veræ, aut falsæ.

3 Resp. affirmativa cum communi sententia. Prob. i. ex Arist. explicante prepositionem per hoc, quod sit cratio verum, vel falsum significans; sed prpositio de futuro contingentí est vere propositione; ergo est oratio verum, vel falsum significans; ergo habet determinatam

veritatem, vel falsitatem. Secundo. De fide est Deum cognoscere omne id, quod est futurum, & quod ipse futura revelaverit hominibus, ut patet ex sacra pagina: ergo propositio, quæ assertit aliquid esse determinatè futurum est vera, & contradictoria determinate falsa. Patet conseq. nam propositio, quæ conformatur cum obiecto est vera, & contradictoria falsa. Confirm. de fide est Anti-Christum esse futurum: ergo assensus hic, *Anti-Christus erit* est insallibiliter verus, nam fidei nequit sub esse falsum, sed talis propositio est de futuro contingentí, ut patet: ergo.

Prob. 3. istæ propositiones: *Petrus eras peccabit.* *Petrus eras non peccabit*, sunt contradictoriæ (supposita futuritione, vele existentia Petri) sed ex duabus contradictorijs una debet esse determinatè vera, & altera falsa: ergo, &c. Confirm. Petro, v. g. in hoc instanti peccante, est verum dicere: Petrus modo peccat: ergo heri erat verum dicere: *Petrus eras peccabit.* Prob. conseq. Nam qui heri diceret: *Petrus eras peccabit*, diceret fore id ipsum, quod modo est: ergo illius dictio conformaretur cum obiecto: & consequenter esset vera.

4 Arg. 1. ex Phyl. s. cit. vbi statuit, & probat propositiones de futuro contingentí non

205 Secunda pars Summ. Disp. V.

habere determinatam veritatem, vel falsitatem: **■** go. Resp. Philosoph. loqui de futuro contingentis secundum se, seu formaliter prout sic, & prae cisivè à causa determinante, & causante futuritionem, quo sensu verum dicit, & consonat Theologis afferentibus ante decretum divinę voluntatis propositiones de futuro contingentis non habere veritatem aut falsitatem, quia in eo priori non convenient ipsi, nisi prædicata es- sentialia, quod amplius explicare, non est huius loci. Quod si Philos. aliter sensit, in hac re non est standum eiōs authoritati.

5 Arg. 2. Futurum contingens, ut tale, est indeterminatum ad vitramlibet; sed indeterminatum, ut tale, nequit concipi, ut determinatum, quia conciperetur aliter, ac est: ergo nulla praesatio de illo affirmata est determinatè vera, aut falsa. Pro solutione, nota, duplē esse indeterminationem oppositam duplē determinationi, alteram de inesse, alteram de possibili illa importat indifferentiam ad effendū, vel non effendū, & hoc modo nulla res potest dici indiferens: & indeterminata, nam quaelibet est, vel nō est. Ista consistit in potētia ad effendum, vel non effendum, & in hac indeterminatione consistit formalitas contingentiae. Unde indeterminatio de possibili stat cum determinatione de ines-

se, quia res contingens ita est, ut possit non esse, vel ita non est, ut possit esse. Hoc notato.

Resp. dist. mai. Indifferentia, & indeterminatione de possibili, conc. mai. indeterminatione de inesse, neg. mai. Et dist. min. Nequit concipi ut determinatum determinazione opposita suæ indeterminationi, conc. min. determinatione non opposita, neg. min. & conseq. Vel dist. illam in eodem sensu. Hæc enim propositio, *Petrus erit, vel non erit,* est determinatè vera determinatione de inesse, non determinatione de possibili; quia solum significat, prædicatum inesse subiecto, non excludendo potentiam ad opositum. Urde solum propositiones necessariæ, ut *homo est animal,* habent determinationem de possibili, quia excludunt poterū iam ad opositum.

6 Arg. tertio: Hec iudicium, *Anti-Christus peccavit,* est determinatè verum: ergo objectum futurum, v. g. peccatum non potest non esse futurum: ergo non potest non existere: ergo Anti-Christus necessario peccabit: sed hoc est falsum: ergo, & falso est, propositionem de futuro contingenti habere determinatam veritatem, aut fallitatem.

Resp. dist. conseq. Non potest absolute, & potentia antecedenti, neg. conseq. potentia

tia consequenti, & ex suppositione, conc.
coaseq. Et eodem modo dist. secundam con-
seq. & neg. quidquid inde subsumitur. Itaque
duplex est necessitas. Alia absolute simplici-
ter antecedens, seu consequentis; & est illa, que
oritur ex aliquo se tenente ex parte actus pri-
mi respectu actus secundi; seu illa, que oritur
ex causa, aut natura alicuius rei; ut quod ho-
mo sit rationalis. Alia est necessitas ex suppo-
sitione, secundum quid, consequens, seu con-
sequenter; & est illa, que aliquibus convenit,
facta suppositione alterius, quod tamen erat in
potestate illius non ponere. Iuxta hanc dupli-
cem necessitatem duplex potentia ei opposita
distinguitur; scilicet, potentia antecedens
opposita necessitati antecedenti, & potentia
consequens opposita necessitati consequenti.
Eiusmodi ergo contingentia habent necessitatem
consequenter, seu in sensu composito, que
supponit usum liberi arbitrij in causa se libere
determinante ad productionem, & haec bene
cohæret cum libertate; nam actus liber ex
suppositione, quod sit, necessariò est; non ve-
tò est necessaria necessitate antecedenti, quia
causa antequam se determinet ad unum, pote-
rat se determinare ad oppositum.

7 Dices: Ut effectus sit futurus, requirit
de-

determinationem causæ liberæ ad illum producendum; nam si causa est adhuc indeterminata, & suspensa, nequit dici, quod effectus erit, vel non erit: sed cum efformatur proposicio de futuro, causa est adhuc indeterminata; quia non se determinat, nisi in exercitio: ergo effectus adhuc intelligitur indeterminatus ad esse, vel non esse: ergo propositio non erit determinatè vera, vel falsa.

Resp. dist. mai. Determinationem de præsenzi, neg. mai. determinationem de futuro, seu futuram pro tempore sequenti, conc. mai. Et dist. min. Est adhuc indeterminata indeterminatione de præsenzi, transcat mini. de futuro, & pro tempore sequenti, neg. min. & conseq. Propositio namque de futuro non enuntiat rem de facto contingere, sic enim esset de præsenzi; sed enuntiat rem eventuram in aliagloratione sequenti; & pro tali duratio- ne iam involvit determinationem causæ, sive nobis ignotam, sive non; nam id enuntiat per disjunctionem, & unum ex disjunctionis eveniet.

Replicabis: Si hæc propositio, Petrus se- debit, nunc est vera: ergo nunc habet causam suæ veritatis: sed futurum non existit: ergo non potest causare veritatem talis proposi- tions. Patet conseq. Quia causa in actu, & effe-

Quis in actu simul sunt, & non sunt. Resp. conc. totum. Veritas enim illius propositionis non causatur ab obiecto, sed ab actu, quod est fundamentum illius; nam relatio, qualis est veritas, ut dicemus, causatur à fundamento, non à termino; & licet quando veritas est relatio perfecta realis requiratur obiectum actu existens, non tamen quando non est perfecta realis; ut evenit in propositionibus de futuro, & præterito; nam deficit illi conditione existentia termini, quæ requiritur ad relationem realem perfectam, ut dicemus in Log. lib. 1. disp 11. q. 8. dub. 3. & lib. 2. disp. vnic. q. 2.

8 Arg. denique: Scientia Dei est infallibilis, & immutabilis: ergo non cognoscit certò, & determinatè futura; & consequenter ista non habent veritatem determinatam. Prob. prima conseq. Si stante scientia Dei circa unam partem determinatam, v. grat. Petrus cras peccabit, Petrus cras non peccaret, Deus deciperetur: sed adhuc stante tali scientia, potest Petrus cras non peccare, ut patet: ergo Deus posset decipi. Prob. conseq. Ex eo, quod obiectum aliter se habeat, quam per scientiam attingitur, sequitur, aliquem decipi: ergo ex eo, quod possit aliter se habere, sequitur, posse decipi; nam sicut se habet actus ad actum, ita potentia ad potentiam. Resp.

Resp. conc. antec. neg. conseq. Ad prob:
neg. suppositum mai. Arguitur enim à poten-
tia ad actum, & à sensu diviso ad co-npositum;
nam licet futuritio peccati sit cum potentia
ad non peccandum, non tamen sit cum futu-
ritione non peccandi. Sicut enim sunt simul
peccare, & potentia non peccandi, non tamen
peccare, & non peccare; ita sunt simul futuri-
tio peccati, & potentia non peccandi, non ta-
men futuritio peccati, & non futuritio peccati.
Si ergo Deus novit Petrum peccaturum, im-
plicat in sensu eomposito huius notitie, & futuri-
tionis, Petrum non peccare; alias Petrus simul
peccabit, & non peccabit. Remanet ergo sola
potentia non peccandi, quam etiam cognoscit
Deus. Unde suppositio, quę fit in arguento,
si Petrus non peccaret, implicat in terminis
cum futuritione peccati. Sed de hoc latius in
Theolog.

*Ques. V. Verum divisio propositionis in cate-
goricam, & hypotheticam, sit essentialis,
& generis in species?*

OMnes, vno ore fatentur, propo-
sitionem dividi in simplicem seu
categoricam, & compositam, seu hypothe-
ti-

411 Secunda pars Sum. Disp. V.

ticam; deſſident tamen in assignando genere huius diuſionis. Nam complut. & alij tenent non esse generis in species, nec univocam, ſed tantum analogi in ſua analogata. Nos vero cum communi aſſerimus eſſe generis in species. Prob. Quia diuſio, quę directe pertinet ad ſubſtantiam diuſi, eſt generis in species; ſed diuſio propositionis in cathegoricam, & hypotheticam directe pertinet ad ſubſtantiam propositionis; ergo eſt generis in species. Mai. eſt certa; ideo enim animal diuſit tanquam in species in hominem, & brutum, quia directe pertinet ad ſubſtantiam animalis. Nam interroganti quodnam ſit animal? Reſpondeamus homo, aut bruto. Prob. min. Tunc diuſio pertinet directe ad ſubſtantiam diuſi, quando per membra diuidentia reſpondetur interroganti quodnam ſit diuſum; ſed interroganti quęnam ſit propositio? Reſpondeamus eſſe cathegoricam, vel hypotheticam, ergo diuſio propositionis in cathegoricam, & hypotheticam directe pertinet ad ſubſtantiam propositionis.

2 Prob. ſecundo: Diuſio per diſſentias eſſentiales eſt generis in ſpecies; ſed diuſio propositionis in cathegoricam, & hypotheticam eſt per diſſentias eſſentiales: ergo eſt ge-

generis in species. Prob. min. Differentiae essentiales propositionis sunt diversæ, & ita oppositæ enuntiationes, ut quæ convenit vni propositioni, non possit alteri convenire; sed modus enuntiandi propositionis hypotheticæ, ita convenit illi, ut categoricæ non possit convenire: ergo est divisio per differentias essentiales. Prob. min. Quia modus enuntiandi propositionis categoricæ est præcise prædicando vnum de alio, quia categorica, est quæ constat subiecto, copula, & prædicato tanquam partibus præcipuis; sed modus enuntiandi propositionis hypotheticæ, non est præcise prædicando vnum de alio; sed affirmando coniunctionem unius, & alterius enuntiationis, quia hypothistica est quæ coconstat pluribus enuntiationibus simplicibus coniunctione aliqua copulatis: ergo modus enuntiandi unius, non potest alteri convenire.

Confirm. quia quando enuntio: *Petrus disputat, & paulus legit*, non solum enuntio de Petro disputationem, & de Paulo lectiōnem, sed etiam affirmo hæc duo coniungi de facto: ergo aliquid enuntio distinctum ab eo, quod in qualibet ex illis categoricis enuntio; sed hoc distinctum est coniunctio unius, & alterius enuntiationis, quæ in hypothistica reperi-

413 Secunda pars Summ. Disp V.

ritur, & in cathegorica non invenitur: ergo modus enuntiandi unius est diversus à modo enuntiandi alterius.

3 Dices: Hac ratione probari, quod divisio propositionis in universalem, & particolarem, sit etiam essentialis, & generis in species, quia modus enuntiandi propositionis universalis non potest propositioni particulari convenire. Sed contra; quia modus diversus in cathegorica, & hypothetica provenit à diversa ratione enuntiandi, & à tota propositione, non ex aliqua ratione peculiari aliquius extremi, ut evenit in propositione universalis, & particulari, indefinita, & singulari, in quibus quantitas attenditur solum ex parte subjecti; ideoque illa est divisio generis in species, non vero ista.

Prob. tertio: Quia propositio hypothetica, ut talis, est oratio perfecta, quia non relinquit sensum suspensum in audience, sed perfectum; sed non continetur sub specie optativæ, vel interrogativæ, aut aliarum, ut patet: ergo enuntiativæ, sed non sub eadem ratione, qua cathegorica, quia in hac propositione: *Ioannes legit, & Petrus disputat*, non solum fertur iudicium de qualibet cathegorica, sed etiam de ipsa coniunctione hypothetica: ergo sub diversa

sa ratione; & consequenter divisio in hæc membra est generis in species. Id quod dictum est de hypothetica copulativa, dictum intellige de hypothetica disiunctiva, que constat ex duabus, vel pluribus cathegoricis coniunctis, vel unitis per disiunctionem, vel, aut.

5 Arg. primo ex Phil. 1. Perihermen. c. 4. dicente: *Est itaque una prima enuntiativa oratio; affirmatio, deinde negatio; cetera vero coniunctione sunt una.* Ubi propositionem cathegoricam unam appellat simpliciter; hypotheticam autem unam tantum coniunctione, seu secundum quid. Resp. Quod intentum Phylosophi non est hypotheticam à ratione veræ propositionis excludere; sed non esse ita unam, sicut cathegorica, quod libenter admittimus, quia cathegorica est una unitate simplicitatis; hypothetica vero est etiam una unitate compositionis. Unde evenit in propositionibus, quod in entibus; in ipsis enim ens simplex est magis unum, quam ens compositum, sed hoc non impedit, quia ens compositum sit absolute unum; ita in propositionibus, cathegorica est magis una; sed hypothetica est etiam absolute una; comparativè vero ad categoricam, poterat dici secundum quid una; in quo nullum est inconveniens, quia non est conditio distractio; sed comparativè diminuens. Dd Arg.

6 Arg. secundo: Propositio hypothetica non prædicat vnam propositionem de alia; sed tantum eas ad invicem connectit: ergo non est vera propositio. Patet conseq. Quia de ratione propositionis non est vnum cum alio concretere; sed vnum de alio enuntiare. Confirm. Si esset vera propositio diversam veritatem, & fallitatem importaret; sed has non importat; quia veritas, vel fallitas, que est in categoricis, est etiam in hypotheticis: ergo idem quod prius.

Resp. quod licet propositio hypothetica vna propositionem de alia non prædicet, enuntiat tamen earum coniunctionem, aut consequentem, significando illas immediate, ut in hac: *Petrus sedet, & Ioannes sedet*; in qua enuntiatur coniunctio fessionis Petri, & fissionis Ioannis, hoc tamen modo, quod non enuntiat coniunctionem convenire mediately alicui extremo; sed immediately, & mere lauantiat ipsam coniunctionem, ut coniungentem ipsa extrema secundum se; ideoque non constituit propositionem cathegoricam, de cuius munere est enuntiare vnum de alio, sed aliam diversæ rationis, scilicet, hypotheticam.

Hanc solutionem melius intelliges notando discriminem inter has propositiones: *Fanciscum studen-*

studere est coniunctum cum hoc , quod est , Antonium studere . Franciscus studet , & Antonius studet ; in utraque repetitur coniunctio ; sed in prima coniunctio dicitur de uno extremo , scilicet , de Francisco ; nam affirmat studium Antonij esse coniunctum cum studio Francisci ; ideoque illa propositio non est hypothetica , sed categorica , quia unum de alio enuntiat , scilicet , coniunctionem ex utroque studio de Francisco . In secunda vero coniunctio non dicitur de aliquo extremo ; sed significat immediatè ipsam coniunctionem , ut coniungentem illa extrema secundum se , quia in hac : Franciscus studet , & Antonius studet coniunctum ex utroque studio de nullo extremo praedicitur ; sed tantum , quod utriusque studium sic coniunctum , dicitur . Unde haec aliam speciem propositionis à categorica constituit , quam hypotheticam nominamus .

Ad confirmationem conc . mai . neg . min . & implicit . prob . Quia ut diximus , non fertur iudicium solum de categoricis , ex quibus constat , sed etiam de ipsa coniunctione hypothetica , quantum ad ita esse , vel non esse ; ut patet in hac : Si homo esset equus , esset inhibilis , in qua iudicium formatum de singulis categoricis , est falsum ; nam haec sunt falsæ homo

est equus; homo est inhibilis; iudicium vero formatum detota hypothetica est verum, quia admisso, quod homo sit equus, sequitur, quod homo sit inhibilis; itaque propositio hypothetica ex pluribus categoricis formata, distinctam, & distincto modo, veritatem, aut falsitatem importat.

7 Arg. tertio: Quia propositio hypothetica formaliter, & essentialiter ex categorica componitur: ergo non est species ab ea condistincta. Conseq. patet, quia una species non componit aliam, à qua condistinguitur, sed potius distinguuntur, ut excludens, & exclusum. Prob. antec. Quia categorica componit hypotheticam, in quantum enuntiat unum de alio; nam ex enuntiatione categoricæ fit enunciatio hypotheticæ: ergo componit ratione eius, quod est formale in categorica.

Resp. dist. antec. Componitur ex categorica, ut formaliter component: neg. antec. Ut materialiter componente, cōc. antec. Ad prob. dist. antec. Componit hypotheticam in quantum enuntiat, ly in quantum sumptum, ut formaliter component: neg. antec. Ut formaliter enuntians: conc. antec. Mille exemplis comprobatur, quod una species possit aliam cospeciem componere; nam binarius, & ternarius,

binarius sunt species numeri, & terminarius ex binario componitur. Complexus, & incomplexus sunt species termini, & incomplexus, ut pars, in complexo, ut composito, clauditur. Linea, superficies, & corpus sunt species quantitatis, quod non obest; quin linea in superficie, & veraque in corpore includatur.

In his enim, & alijs una species simplex potest in alia cospecie includi, quia formale unius est materiale alterius, hoc est formale linea est materiale superficie; formale binarij est materiale terminarij, & formale propositionis categoricæ est materiale propositionis hypotheticæ; & ratio est, quia formale, v. g. superficie, non mensuratur penes partem inclusam, scilicet lineam; sed penes totum includens, quod est superficies; sic similiter in hypothetica, que includit formale propositionis categoricæ; at quia hoc formale non dat esse propositioni hypotheticæ, que habet aliud esse formale distinctum, non dicitur proposicio categorica formaliter esse componens, licet suo esse formaliter componat; sed materialiter; & sic potest species esse condistincta respectu eius, quod componit.

8 Arg. quarto: Propositione hypothetica se equivalet categoricæ; ergo illa non est spe-

419 Secunda pars Summ. Disp. V.

cies distincta ab ista. Prob. antec. Hæc propositio: *Petrus currit*, & *Ioannes currit* est hypothetica; sed æquivalet huic: *Petrus*, & *Ioannes currunt*, vel huic: *uterque currit*, quæ sunt cathegoricæ: ergo hypothetica equivalet cathegoricæ, Resp. dist. antec. æquivalet materialiter; conc. antec. formaliter: neg. antec. Ad prob. conc. mai. dist. min. eodem modo; nam propositio cathegorica formaliter consistit in enuntiare unum de alio; hypothetica verò in enuntiatione coniunctionis, aut disiunctionis unius propositionis cum alia. Unde nunquam formaliter æquivalere possunt, licet materialiter, & in sonitu idem importare videantur.

9 Arg. denique: Iste propositiones si sol lucet, dies est; quia homo est rationalis, est visibilis. *Petrus currit*: ergo mouetur; inter hypotheticas numerantur; sed non sunt species propositionis: ergo nec aliæ. Prob. min. Ille enim propositiones magis habere videntur vim argumentationis, & illationis. Tum quia se habent per modum antecedentis, & consequentis. Tum quia syllogismus magis propriè, quam propositione, dividitur tanquam in species in cathegoricum, & hypotheticum. Nam particula *Si*, *Quia*, ergo potius sunt notæ illationis

non ius de alio : ergo
 & sub ea is, quia una eadem,
 cies diversig ali nequit esse spe-
 ita deterruit, vt rgumentum aliquos
 tiam abire; sed parvo. i oppositam senten-
 mento ducuntur.

Nam gratis admisso , quod illæ non essent
 proprie , & rigorose propositiones hypotheti-
 cæ , cum eadem ratio in alijs non militet , po-
 terunt illæ à classe hypotheticarum excludi ,
 alijs non exclusis , in quibus vera ratio hypo-
 theticarum specie distincta à cathegoricis rema-
 neret , sicut enim principales species proposi-
 tionis hypothetica sunt tantum copulativa , &
 disiuntiva , de quibus verificatur , quod con-
 stent ex pluribus enuntiationibus coniunctione
 aliqua connexis , & quod earum copula non
 sit verbum sed aliquod adverbium , seu nota
 simplici propositionis coniungens , v.g. & , vel
 aut , quod ad hypotheticam requiritur ; tamen
 inter species minus principales numerantur
 etiam ; conditionalis , causalis , & rationalis .

Sed ut possint ita enumerari , debent illæ
 particulæ Si , quia ergo sumi non quantum ad
 vim , & dispositionem illationis ; sic enim sunt
 species syllogismi ; sed quantum ad coniun-
 ctionem , vel disiunctionem inter extrema se-
 cundum se .

421 Secunda pars Summ. Disp. V.

Unde illæ propositiones, quæ attenta vi, & dispositione illationis sunt species syllogismi hypothetici, attenta coniunctione inter extrema, media copula adverbiali: *Si, quia, ergo* sunt propositiones hypotheticæ, & species propositionis ut sic; quia non minus possunt propositiones simplices hæc notæ coniungere, quam adverbia, & vel, aut.

Nec novum est, idem sub diversa ratione ad diversum genus, & species disparatas attinere, quia ut toties manet repetitum, Complexus est terminus, & oratio. Proposition sub una ratione est terminus, & sub alia ratione propositio. Et sic de alijs. Qua doctrina manet solutum argumentum.

Sed restat nunc scire, quando particula *Si, quia, ergo* ita sint nota coniunctionis unius propositionis cum alia, ut non habeant vim illationis. Si enim hoc non explicatur, nihil valet, quod manet dictum.

Dicimus, quod tunc erunt nota coniunctionis, quando important præcise concomitantiam unius propositionis cum alia, fundaram, non quidem in bonitate illationis secundum se, sed supposita, vel identitate, ut in causalí, vel in aliqua promissione, aut proposito, vel alia de causa, ratione cuius posita inesse una propositio.

sitione ponatur alia, ut posito, quod sit sol; dies est; posito, quod haberem libros, studerem, & posito, quod venias ad me, dabo tibi equum; in quibus non attenditur nota illationis; sed coniunctio ex alia causa.

Quest. VI. An divisio propositionis in affirmativam, & negativam sit generis in species?

I **R**EPLICA. Esp. affirmativa. Est communis, & probatur: quia divisio penes formam essentialēm, est essentialis, & generis in species; sed divisio propositionis in affirmativa, & negativa est divisio penes formam essentialēm: ergo est essentialis, & generis in species. Prob. min. quia divisio penes copulam propositionis est divisio penes formam essentialēm, quia forma essentialis propositionis est copula, quæ efficit unionem praedicati cum subiecto, secundum affirmationem, & negationem; sed divisio propositionis in affirmativa, & negativa, est penes copulam; nam proposicio affirmativa respicit essentialiter identitatem, & connexionem praedicati cum subiecto; negativa vero respicit essentialiter separationem, & divisionem praedicati cum subiecto; ergo divisio propositionis in affirmativa, & ne-

423 Secunda pars Sum. Disp. V.

gativam est divisio penes formam essentialem.

Confirm. quia forma essentialiter constitutiva propositionis affirmativa est connexio, coniunctio, & vnio inter extrema, sed forma negativa est separatio, disiunctio, & divisio extremitatum : ergo hec divisio est essentialis. Confirm. secundo. Differentia essentialis in ratione unionis facit differentiam essentialem in ratione enunciationis; hac enim ratione differt essentialiter hypothetica à categorica, quia differt in ratione, & modo copulandi, & comprehendendi; sed copulatio negativa differt essentialiter ab affirmativa, cum negatio essentialiter opponatur affirmationi, quia destruit illam totaliter: ergo.

2 Hac enim ratione etiam prob. Divisio-
nem propositionis hypotheticae in copulati-
vam, disiunctivam, conditionalem, causalem,
& rationalem, esse essentialem, & generis in
species, quia inter se ratione unionis distingui-
tur; nem copulativa enuntiat coniunctionem, &
positionem suorum extremitatum absolute; dis-
iunctiva positionem unius saltim ex illis. Con-
ditionalis enuntiat unum ponit ad positionem
alterius, seu sub conditione, quod aliud ponan-
tur. Causalis, quod unum ex objectis sit causa
alterius. Denique rationalis, quod intellectus

ex

ex cognitione vnius moveatur ad eliciendam cognitionem alterius, quæ uniones probant membra dividentia esse essentialiter distincta.

3. Arg. Divisio, quæ supponit essentiam, & substantiam rei non est divisio essentialis, sed divisio propositionis in affirmativam, & negativam supponit substantiam, & essentiam rei, quia est divisio penes qualitatem propositionis, & qualitas supponit substantiam rei: ergo est divisio accidentalis. Secundo: idem divissum non potest dividi duplii essentiali divisione, quia essentials differentiæ exhaustione divissum, & adæquatè intra idem genus inter se opponuntur; sed propositio essentialiter dividitur in cathegoricam, & hypotheticam: ergo non potest iterum dividi in affirmativam, & negativam, cum una divisio sub alia non continetur. Confirm. quia generum non subalternatim positorum, non possunt esse eadem species ex regulante prædicam. Sed cathegorica, & hypothetica sunt genera non subalternatim posita: ergo non possunt dividi eisdem differentiis essentialibus, sed utraque potest dividi in affirmativam, & negativam. Et rursus tam affirmativa, quam negativa in cathegoricam, & hypotheticam: ergo istæ divisiones non possunt esse essentials, sed accidentales.

Resp.

425 Secunda pars Summ Disp. V.

Resp. dist. mai. divisio, quæ supponit substantiam, & essentiam rei, eo modo, quo eam supponunt differentiæ essentiales, non est essentialis, neg. mai. Alio modo, conc. mai. & dist. min. Supponit substantiam, & essentiam rei, eo modo, quo eam supponunt differentiæ essentiales conc. min. Alio modo, neg. min. & conseq. Rationalitas enim, & irrationalitas supponunt substantiam, & essentiam animalis, quia sunt extra eius rationem formalem, quod autem animal, hoc modo, supponit, non ponit hominem, & brutum in linea qualitatis, nec extrahit rationalitatem, & irrationalitatem à ratione differentiarum essentialium; ita similiter affirmativa, & negativa, quæ eodem modo supponent substantiam, & essentiam propositionis, non debent nominari, nec esse qualitates, nisi in eo sensu, quo rationalitas, & irrationalitas possent dici qualitates animalis, quia illæ, sicut istæ, eodem modo sunt extra rationem formalem sui generis.

Ad secund. neg. mai. quia nullum est inconveniens, quod idem pluribus divisionibus essentialibus dividatur, quando in diviso sunt plures formalitates in plures species partibiles, ut evenit in propositione, in qua ad est formalitas dicendi unum extreum de alio, quod sit per

per propositionem cathegoricam; inest formalitas enuntiandi coniunctionem duarum, aut plurium propositionum, ut contingit in hypothetica. Reperitur coniunctio, & divisio extre- morum, ut in affirmativa, & negativa; itaque divisio præpositionis incathegoricam, & hypo- theticam non est adequata, quia amplius est divisibilis in alia membra.

Sed gratis concesso, quod in propositione non essent tot formalitates capaces partibilitatis in tot species. Quid inde? posset propositio dividiri in hypotheticam, & cathegoricam, & rursus cathegorica subdividi in affirmativam, & negativam; ita ut hæc essent species immedia- tè cathegorice, & mediatè propositionis. Et ra- tio cur potius cathegorica, quam hypothetica in hæc membra dividitur, est quia munus solius cathegorice est unum extremum cum alio componere, vel dividere. Ad confirm. dicimus: Illam regulam ante prædicamentalem in præ- senti non tenere, quia divisio in cathegoricam, & hypotheticam, & subdivisio cathegoricæ in affirmativam, & negativam sunt genera subal- ternatim posita.

4 Dices: quod etiam hypothetica dividi- tur in affirmativam, & negativam. Dividitur per se, neg. Ratione cathegoricarum, cenc.

ponere enim, & dividere, affirmare, & negare; est vnum extremum cum alio componere, & vnum ab alio dividere, quod sit media copula verbali, quæ est propria propositionis cathegoricæ; non verò per copulam adverbialem, in hypothetica repartam; sed media copula verbali, quæ est propria propositionis cathegoricæ, ut patet in hac: *Franciscus orat*; & *Antonius legit*; cuius negativa est. *Franciscus non orat*, & *Antonius non legit*.

Replicabis: Propositio hypothetica disiunctiva negat, quod affirmat propositio hypothetica copulativa, quia illa disiungit propositiones, ista verò coniungit: ergo propositio hypothetica per se dividitur in affirmativam, & negativam. Resp. quod coniunctio, & disiunctio non est propriè affirmatio, & negatio; quia affirmare est vnum extremum cum alio coniungere, & negare est vnum extremum ab alio dividere, quod in copulativa, & disiunctiva non reperitur, ad eas enim non spectat ut vnum de alio dicatur, aut vnum ab alio removeatur, sed præcissum earum nūnus est, quod coniunctio, aut disiunctio verificetur, & si velis per coniunctionem, affirmationem, & per disiunctionem negationem intelligere, erit affirmatio, & negatio valde diversa, & non secundum eandem

dem rationem, ac in categorica: quia in ista affirmatio, & negatio est media copula verbalis; in hypothetica vero per copulam adverbialem; que propriam, & strictam affirmationem, & negationem non constituit.

5 Arguitur tertio: Si affirmativa, & negativa essent species propositionis, negativa non posset transire in affirmativam, nec est contra; sed negativa potest in affirmativam transire, ut patet in hac: *Lapis non est animal*, quæ idem est ac ista: *Lapis est non animal*: ergo non sunt species propositionis.

Confirm. quia hec propositio: *Petrus est, & non est doctus*; est una, & eadem; sed est simul affirmativa, & negativa: ergo ista divisio non est essentialis, quia duæ differentiæ essentiales non possunt eidem individuo convenire.

Resp. conc. mai. neg. min. Ad implicit. prob. dicimus: quod non est eadem propositio, quia unitas propositionis requirit unitatem subiecti, & praedicati, & in assignatis, esto subiectum sic unum; praedicatum vero est diversum, quia in prima determinate negatur animal de lapide, & in secunda, ita affirmando de lapide negationem animalis; affirmatur etiam quidquid non est animal, cum sit negatio extra genus, que nihil determinatum negat. Ad confirmatio-

tionem similiter respondetur, quod illa est duplex proposition, & non una, quia non est unum sed duplex prædicatum; nam prima facit hunc sensum: *Petrus est existens*: *Petrus non est dominus*.

6 Arg. denique ad esse, & non esse nequit dari aliquid commune, sed affirmatio, & negatio explicantur per esse, & non esse, nam quod affirmatur dicitur, quod est, & quod negatur, quod non est; ergo nequeunt affirmatio, & negatio esse differentias essentiales propositionis, quia non sunt differentias essentiales, ubi non est aliquid commune. Resp. dist. mai. ad esse, & non esse præcisè, & in abstracto nequit dare aliquid commune, conc. mai. in concreto, neg. mai. & dist. min. Affirmatio, & negatio explicantur per esse, & non esse in abstracto, neg. min. in concreto, conc. min. & neg. conseq.

Esse enim, & non esse considerari possunt in se præcisè, & in abstracto, in quo sensu, nec inter illa extrema ullum datur medium, nec aliquid commune ab eis abstrahi potest, & possunt considerari cum alio coniuncto, & quasi in concreto, ita ut illud adiunctum sit principale significatum: & in hoc sensu aliquid commune ab eis abstrahi potest, & ita evenit in affirmatione, & negatione, quia affirmatio, & negatio non

non differunt præcisè per esse, & non esse; sed
per significare esse, & significare non esse, quia
vitraque significatio est positiva, & se habet, si-
cūt duæ species significationis artificioꝝ, &
complexæ, à quibus abstrahi potest aliqua ra-
tio communis, quæ est propositio, ut sic.

DISPUTATIO SEXTA.

De oppositione propositionum.

*Quæst. I. An duæ propositiones contradictriae
possint esse simul vera, aut simul falsæ?*

QUæstio hæc non tam movetur, vt veritatem
circa illam detegatur, quam vt innu-
mera sophismata, & apparentes con-
tradictiones, quæ illam obnubilare videntur,
dissolvantur. Quare

Dicimus: nequeunt duæ propositiones con-
tradictoriæ esse simul veræ, vel simul falsæ.
Hæc est serè lumine naturæ nota, & probata
1. part. lib. 2. cap. 9. Undè ad sophismata sol-
venda descendere oportet.

Et primo occurruunt iste propositiones: *Homo
essentiaior est albus, homo essentiaiter non
est albus;* quæ videntur contradictoriæ, & ta-

¶ 31 Secunda pars Summ. Disp. VI.

men utraque est falsa; nam prima facit hunc sensum, *De essentia Petri est habere albedinem;* & secunda hunc, *De essentia Petri est carere albedine;* quorum utrumque est falsum. Sed resp. illas propositiones esse contradictorias, & affirmativam esse falsam, sed negativam esse veram; quia negat albedinem esse de essentia hominis; non vero enuntiat, negationem albedinis esse de essentia hominis. Idem dic de istis: *Natura humana secundum se est personata,* *natura humana secundum se non est personata;* nam prima est falsa, & secunda vera, ob rationem allatam. Videatur Mastrius hic cap. 7. n. 69.

Secundo istæ: *Omnis homo vivit, aliquis homo non vivit;* sunt contradictoriarum, sed utraque est vera. Prima quidem: nam homo, cum sit compositus ex corpore, & anima importat essentialiter vitam. Et secunda pariter; nam hic homo designato Anti-Christo, non vivit: erg. Resp. illas esse contradictorias, sed unam esse veram, & aliam falsam; nam si ly vivit sumatur nominaliter, affirmativa est vera, negativa vero falsa; quia etiam Anti-Christo convenit vita nominaliter sumpta, sicut esse animal rationale. Si vero vita sumatur participialiter, tunc negativa est falsa; quia nullus homo participialis sumptus est, qui non vivat.

Tertio

Tertio iste: *Petrus albus currit, Petrus albus non currit;* sunt contradictoriæ: & tamen utraque potest esse falsa, casu, scilicet, quo Petrus non sit albus: ergo. Resp. neg. min. Quia negativa est vera; nam ut sit verum, quod Petrus albus non currit, non requiritur, quod sit albus; immo nec quod existat, quia propositione negativa ad sui veritatem non requirit, quod extrema supponant, ut diximus i. part. lib. i. cap. 9. à num. 2. Ex quo patet, has propositiones, *Chymera distat à me, chymera non distat à me;* esse contradictorias, & secundam veram; nam *ly non distat* non significat aliquid positivum, scilicet, vocationem proximam, ut perperam aliqui sentiunt; sic enim sensus esset, *Chymera est indistans à me,* & ita essent contrariæ; sed negationem positivæ distantiae, que etiam impossibilibus convenit,

Quarto iste propositiones: *Omne album aliqua albedine est album, aliquid album aliqua albedine non est album;* sunt contradictoriæ, & tamen utraque est vera, ut patet: ergo. Pro huius & simili solutione. Nota, quod in propositionibus contradictorijs, quando in una prædicatum, & id, quod est pars prædicati, affirmatur de subiecto, in altera debet illa pars negari: quæ regula, quia non servatur in propositione ne-

gativa adducta, nam ly aliqua albedine in vtræ que manet affirmatum; ideo non sunt contradictoriæ; essent autem tales, si in secunda negatio præponeretur toti obliquo sic: *Aliquod album non aliqua albedine est album*; quia sic sensus esset, dari album, quod nulla albedine esset album; quod est falsum.

Quinto iste: *Omnis homo servans omne mandatum Dei salvabitur*, aliquis homo servans aliquod mandatum Dei non salvabitur; sunt contradictoriæ: sed vtraque est vera, ut patet ergo. Resp. non esse contradictorias, quia mutatur suppositio collectiva in distributivam, nam ly *omne mandatum* in affirmativa sumitur collectivè, & facit subiectum supponere, quasi singulariter; in contradictorijs autem de termino singulari debet salvare singularitas, & sola debet esse variatio in affirmatione, & negatione. Unde negativa, ut contradiceret, deberet sic formari: *Aliquis homo servans omne mandatum Dei non salvabitur*, quæ falsa est. Idem dic de his: *Omnis Apostoli Dei sunt duodecim*, aliqui *Apostoli Dei non sunt duodecim*; negativa enim, ut contradiceret, deberet sic proponi: *Omnis Apostoli Dei non sunt duodecim*.

Sexto iste: *Omnis hominis alter oculus est dexter*, *alicuius hominis alter oculus non est dexter*; sunt

De oppositione propositionum. 434

Sunt contradictoriæ, & ambæ veræ: ergo. Pro solutione huius, & similium nota , ex dictis, 1. part.lib.2. cap.8.num. 7. propositiones in quibus terminus afficitur his signis, *uterque*, *alter*, *neuter*, solum contradicere, quando in una ponitur *uterque*, & in alia *alter non*, vel in una *neuter*, & in alia *alter*; quod, quia non servatur in prædictis, ideo non contradicunt. Unde secunda deberèt sic formari: *Alicuius hominis non alter, aut neuter oculus est dexter*; hæc enim esse contradictoria , sed falsa. Idem dic de his: *Petrus semper studet, Petrus semper non studet*; secunda enim, ut contradicat, debet sic fieri: *Petrus non semper , seu aliquando non studet.*

Dices: istæ possunt esse simul veræ: *Homo semper studet, homo non semper studet*; casu, scilicet , quo Petrus semper studeat , & Icannes non semper studeat : ergo nulla est solutio. Conc.antec.neg.conseq. Istæ enim propositiones sunt subcontrariæ, non contradictoriæ; nam terminus communis in materia contingentí equivalet particulari ; ideoque cum non sint de eodem subiecto, ambæ possunt esse false.

Septimo istæ propositiones: *Solus homo currit, non solus homo currit*; sunt contradictoriæ; & tamen utraque potest esse falsa , casu , scilicet , quod nullum animal currat ; tunc enim homo,

435 Secunda pars Summ. Disp. VI.

nec solus, nec associatus curret: ergo. Resp. prædictas propositiones contradictorias non esse; nam prima propositio, scilicet, *solas homo currit*, æquivalens huic duplice propositioni, videlicet: *homo currit*, & *alius ab homine non currit*. Secunda autem, scilicet, *non solus homo currit*, æquivalens his, *homo currit*, & *alius ab homine currit*; hæc autem propositio ultima complexa non opponitur contradictione primæ. Et ratio est: quia quando una propositio contradictione est copulativa, vel formaliter, ut ista, *Petrus*, & *Franciscus currit*; vel virtualiter ut hæc, *Duo homines currunt*, propositio contradictione opposita debet esse disjunctiva; v. g. ista, *Vel Petrus non currit*, vel *Franciscus non currit*. Et ratio est: quia particula, & reddit propositionem copulativam univ ersalem; unde eius contradictione debet esse particularis; quod fieri mediante particula vel. Unde propositio copulativa contradictione opponitur disjunctivæ; itaque cum utraque assignata propositio sit copulativa virtualiter, ac per consequens universalis; hinc est, quod non sunt contradictiones.

Octavo occurunt istæ: *In sequana sunt pisces*, *in sequana non sunt pisces*; que sunt contradictiones, & utraque potest esse vera. De prima

patet, si ibi sunt aliqui pisces. De secunda prob: nam in sequana sunt non pisces, cum ibi sint lapides, qui pisces non sunt: ergo in sequana non sunt pisces. Conseq. patet: nam arguitur ab affirmativa ad negativam, variato praedicato penes finitum, & infinitum.

Resp. illas esse quidem contradictorias, & primam in easu esse veram, secundam vero falsam; & cum oppositum probatur arguendo ab affirmativa ad negativam, variato praedicato infinito in prædicatum finitum, resp. regulam illam valere, quando reliqua servantur; hic autem variatur subiectum de non distributo in distributum; subiectum enim est entia sequane, seu entia, que sunt in sequana; id enim subintel ligitur. Unde sensus huius propositionis, *In sequana sunt non pisces*, est hic, *In sequana aliqua entia sunt non pisces*; ubi ly entia non distribuitur, quia non supponit pro omnibus entibus ibi existentibus. Unde male arguitur: Ergo in sequana non sunt pisces: nam sensus est: *In sequana nulla entia sunt pisces*; quia ex parte subiecti arguitur a non distributo ad distributum.

Denique, iste contradicunt: *Omnes homines currunt, aliqui homines non currunt*; & tamen utrumque potest esse falsa, casu quo unus tantum currat: ergo. Relictis varijs solutionibus, resp.

Ilias non esse contradictorias; nam prima affir-
mat, omnes homines currere; secunda verò
dari saltim duos homines, quorum quilibet,
non currat; inter ista autem datur medium, ut
benè probat arguens. Undè contradictionia pri-
mæ est, *non omnes homines currunt*; sic enim li-
cet unus sit tantum, qui non currat, prima est
falsa, & secunda vera. Undè non benè docent
aliqui illam propositionem, *aliqui homines non*
currunt, esse contradictionem illius, *omnes ho-*
mines currunt; alias istæ, *omnes Apostoli sunt*
salvati, *aliqui Apostoli non sunt salvati*; essent
contradictoriæ; & cum prima sit falsa, secunda
erit vera. Nam Hispanæ idem sonat, *algunos*
de los Apostoles de Christo no se salvaron: tunc
enim videtur, aliquem Apostolum præter iu-
dam damnatum fuisse; quod est hæreticum.

Dices: nullus negabit has propositiones: *Ali-*
qui Apostoli non sunt damnati, *aliqui Apostoli*
non vendiderunt Christum; etiam si sermo sit de
Petro, & Iuda determinatè: & tamen ex illis
duobus solus Petrus non est damnatus, solus
Petrus non vendidit Christum: ergo ut propo-
sitio negativa de termino plurali sit veræ, suffi-
cit, quod vni ex subiectis prædicatum non con-
veniat: erg. idem dicendum de illa: *Aliqui Apo-*
stoli non sunt salvati, loquendo in rigore Dia-
lecti-

Iētico; licet vitari deberet in sensu, quo
communiter accipitur; quod, scilicet, plus quam
vnuſ non fit salvatus.

Resp. neg. illas propositiones esse veras,
Pro quo notanda est regula, quam tradit Pa-
ter Mal-Partida hic, quod inter prædicata plu-
ralis numeri aliqua indivisibiliter convenient
subiecto copulatim sumpto; ut in hac, *duo ho-
mines partant lapidem*; non enim quilibet seor-
sim portat vnaꝝ partem, & alijs aliam, sed
utriusque copulatim correspondet tota portatio
lapidis. Alia verò prædicata divisibiliter con-
veniunt subiectis; ut in hac, *duo homines cur-
runt*; nam currere non dicitur copulatim de
illis quasi utriusque simul correspondat vnuſ
cursus; sed ita ut cuilibet seorsim distinctus
cursus correspondeat. In primo casu proposi-
tio negativa, scilicet, *duo homines non portant
lapidem*, est vera, si vnuſ portet, & alter non;
quia cum asportatio indivisibiliter convniat
utriusque simul, habet necessariam connexio-
nem cum utroque; ac proinde uno deficiente,
deficit asportatio illa copulata, que affirmabat-
tur in prima. In secundo casu negativa, scili-
cet, *duo homines non currunt*, est falsa, si vnuſ
currat, & alter non; quia cursus non negatur
copulatim, & per medium vnius, sed seorsim,

430 Secunda pars Sum. Disp. VI.

& per modum plurium. Unde debet uterque homo non currere, ut propositio sit vera. Cum ergo hoc, quod est salvare, damnari, aut vendere Christum D. non sit effectus copulatim conveniens pluribus; ideo si unus tantum damnatur, aut vendit, non est vera negativa.

Plura alia sophismata hic possent explicari, sed haec sufficiant; & sit generalis regula, ut recte examinetur sensus propositionis, & an varietur proprietas aliqua terminorum; & negatio ita praeponatur, ut reddat propositionem negativam illius, quod affirmabat prima; & demum an utraque sit vera, vel falsa. His enim accurate persensis, non difficulter dignoscetur, ant sint contradictoriae, vel non.

Quest. II. An subcontraria sint propriæ oppositæ?

C. 2.
Hanc difficultatem i. part. lib. i. cap. 8, n. 3. excitamus, partemque negativam defendimus, & amplius his rationibus robaramus.

i. Propria. Oppositiō est de eodem subiecto, & de eodem prædicato; hoc enim important illa verba eiusdem de eodem; sed propositiones subcontrariae non sunt de eodem sub-

Subiecto: ergo non sunt propriè opposita. Prob.
min. hæ sunt propositiones subcontrariae; *Ali-*
quis homo est albus; *aliquis homo non est albus;*
sed non sunt de eodem subiecto; quia in pri-
mā lī *homo* supponit pro *Petro*, qui est *albus*,
& in secundā pro *Paulo*, qui non est *albus*: er-
go non sunt de eodem subiecto.

2 Dices: Quod lī *homo* non supponit
pro aliquo individuo determinatè; sic enim
vnum est in vna, & aliud in alia, sed pro om-
nibus disiunctivè; in quo sensu subiectum
vnius est subiectum alterius. Sed contra: Nam
omnia individua disiunctivè sumpta, de quibus
aliquid determinatè prædicatum affirmatur, &
negatur, est vnum determinatum à parte rei,
sicut à Deo assignabile, ut diximus agentes
de suppositione determinata, & confusa; &
consequenter sunt duo subiecta determinata, &
distincta; sed inter duo subiecta determinata,
& distincta non datur oppositio logicalis pro-
pria: ergo oppositio subcontraria non est op-
positio propria, & rigorosa.

3 Prob. secundo: Res physicæ non dicun-
tur propriè oppositæ, nisi quæ ab eodem sub-
iecto mutuo se expellunt: ergo propositiones
logicæ non debent dici propriè oppositæ nisi
quæ ab eodem intellectu mutuo se expellent;
sed

441 Secunda pars Summ. Disp. VI.

sed subcontrariæ non se expellunt mutuo ab eodem intellectu: ergo non sunt propriæ oppositæ. Prob. sub sumpt. Quia ex parte obiecti non se expellunt, quod simul *unus homo sit albus*, & *alter non sit albus*: ergo nec ex parte intellectus se expellunt, duo iuditia, seu enuntiationes, ex quibus una afferat, *unam hominem esse album*, & altera afferat, *alterum hominem non esse album*.

Dices: Ut ab eodem intellectu mutuo se expellant enuntiationes subcontrariæ, sufficit quod pugnent in falsitate, affirmatione, & negatione, quod habent illæ subcontrariæ, quia una est affirmativa, & altera negativa, & non possunt esse simul falsæ. Sed contra: Tum: Quia pugna in falsitate, affirmatione, & negatione, cum exclusione identitatis subiecti, non est propria, & rigorosa oppositio; tum quia licet non posse int̄ esse simul falsæ, sunt tamen simul veræ, & stricta oppositio identitatem subiecti, & pugnam etiam in veritate requirit.

4 Arg. hæ propositiones, *aliquis homo est albus*, *aliquis homo non est albus*, sunt subcontrariæ; sed sunt affirmativæ, & negativæ eiusdem prædicati, & eiusdem subiecti, quia subiectum prioris, & posterioris sunt omnia individua hominis disiunctivè sumpta, & non possum

Sunt esse simul false : ergo habet omnia requi-
sita ad propriam , & rigorosam rationem op-
positarum. Resp. esse quidem oppositas , non
strictè , & propriè , sed late , & impropriè , quia
licet sint de eodem prædicato affirmativæ
& negativæ ; non tamen sunt de uno , & eodem
subiecto secundum rem , sed tantum secundum
vocem , alioquin non possent esse simul veræ ;
cum de eodem subiecto non possit idem affir-
mari , & negari , & ideo non sunt verè opposi-
tæ. Unde si supponerent pro eodem homine ,
v. g. Petro non essent subcontrariæ , sed con-
tradictoriæ ; nam affirmatio , & negatio de eo-
dem subiecto singulari cum pugna in veritate ,
& falsitate pertinet ad oppositionem contradi-
ctoriam , & iste : *Aliquis homo est albus* ; *ali-*
quis homo non est albus , faciunt hunc sensum :
Hic homo non est albus, quæ sunt contradictoriæ.

Disput. VII. De definitione , & divisione.

Quest. I. Vtrum definitio definitionis sit bona?
Procedit quæstio , non definitione quid no-
minis , sed definitione quid rei.

I Conclusio est affirmativa , & comuni
plausu recepta. Prob. definitio explicans natu-
ram rei per genus , & differentiam est bona;
quæ est definitio definitionis ; ergo est bona.

Prob.

Prob. min. H̄ec est definitio definitionis: *Est oratio explicans essentiam rei.* Ly oratio est genus, quia per illam convenit definitio cum divisione, argumentatione, & alijs. Ly *explicans essentiam rei* est eius differentia, quia in hoc differt à divisione, & argumentatione, quarum nulla explicat rei essentiam, sed illa partes, ista verò rei proprietates: ergo definitio definitionis explicat essentiam rei per genus, & differentiam.

2 Arg. primo: Quidquid definitur est definitum; sed definitio non est definitum, quia definitio, & definitum debent distingui: ergo definitio non potest definiri. Resp. conc. mai. dist. min. Definitio, ut est ratio definiendi, non est definitum, conc. min. ut definitur, neg. min. Definitio enim, & definitum in re idem sunt, distinguuntur tamen, si sub diversa ratione considerentur; ut explicatur per definitionem, est definitum, ut est ratio explicandi, est definitio; nam se habent ut clarum, & obscurum, ut definitum est quoddam confusum, & obscurum; ut definitio est quid clarum, apertum, & manifestum.

Dices: Si definitio definiretur, daretur processus in infinitum; sed hoc est absurdum: ergo & illud, ex quo sequitur. Prob. seq. Si defi-

definitio definiretur deberet definiri per aliam definitionem; sed ista etiam debet definiri per aliam, & ista per aliam, & sic in infinitum; quia non est maior ratio unius, quam alterius: ergo daretur processus in infinitum. Resp. neg. mai. Quia hæc definitio: *Oratio explicans naturam rei*, respicit, tanquam obiecta definita omnes definitiones, quatenus convenienter in quadam ratione simili, & communi; & hac ratione respicit se ipsam, tanquam obiectum reflexè per ipsam representatum; sicuti conceptus correspondens huic voci *cognitio*, omnes cognitiones respicit, & se ipsam, quia etiam ipsa est cognitio; & hæc vox. *nomen significans omnia nomina*, etiam se ipsu significat, quia etiam habet rationem nominis. Unde constat, quod cessat processus in infinitum, quia omnes definitiones definitur per hanc: *Est oratio explicans naturam rei*; & ista ut inclusa in alijs, etiam definitur.

Replicabis: Ergo idem definitur per se ipsum; ac per consequens definitio non est clarior suo definito, quod est inconveniens. Resp. non esse inconveniens, quod idem ut confusè cognitum, & ut inclusum in alio definiatur per se ipsum, tanquam per definitionem formalem, & clarè cognitum. Nec ex hoc ducitur,

quod

quod definitio non sit clarius suo definito; quia ut definitum solum cognoscitur confusè, & in ratione communi inclusum, in se autem ut definitione formalis clare, & distinctè cognoscitur.

Explicatur hoc: Idem ut confusè cognitum, & ut inclusum in alio definiri per se ipsum clare cognitum, tanquam per definitionem formalem, est definitionem in actu signato, seu in communi definiri per definitionem in actu exercito, seu in particulari. Unde non definitur idem per se ipsum absolute, quia definitio in communi, & in actu signato, non est definitio in actu exerceito, sed idem sub uno modo, scilicet, in actu signato definitur per se ipsum sub alio modo distincto, nempe, in actu exercito; itaque definitio definitionis est definitio quedam, & definitio, que traditur de definitione ipsa, ut in actu signato convenit illi, tanquam definito per eam.

Instabis: Definitio in actu exercito non convertitur cum definitione in actu signato: ergo definitio in actu signato non bene definitur per definitionem in actu exercito. Conseq. patet; quia de ratione bone definitionis est, quod definitio, & definitum convertantur. Prob. antec. Definitione in actu exercito est definitio

particularis, & singularis definitio in actu signato, est omnis definitio, seu definitio in communi; sed singularis definitio, & omnis definitio non covertuntur: ergo definitio in actu exercito non convertitur cum definitione in actu signato. Prob. min. Quia non valet consequ. ab una ad aliam quia non valet, si dicas; est definitio: ergo est haec definitio. Nam *animal rationale* est definitio, & non est haec definitio, sed distincta ab illa: ergo singularis definitio, & omnis definitio non convertuntur.

Resp. neg. antec. Ad prob. dist. mai. Definitio in actu exercito est definitio particularis, & singularis in essendo, conc. mai. In representando, & significando, neg. mai. & dist. min. singularis definitio in essendo; & omnis definitio non convertuntur, conc. min. singularis definitio in essendo, & universalis in significando, & in representando, neg. min. Ad prob. dist. antec. Non valet consequentia ab una in essendo ad alteram, conc. antec. in representando, neg. antec. & consequ.

Definitio definitionis est utique definitio quedam in essendo particularis, & singularis; sed quia haec definitio convenit omnibus definitionibus regum in particulari: quia *animales*

rationale est oratio explicans naturam hominis, & universalis in repræsentando, & significando. Unde licet non valeat, est definitio: ergo est hæc definitio, quia ly *hæc* importat, quod definitio dicit in essendo; valet tamen est definitio: ergo est oratio explicans naturam rei; quia sic explicat, quod importat, pro ut est universalis in repræsentando, & significando.

3 Arg. secundo: Divisio est oratio explicans naturam rei; sed divisio non est definitio: ergo definitio non bene definitur per hoc, quod sit oratio explicans naturam rei, quia bona definitio non debet alijs à definito convenire. Confirm. Demonstratio, & scientia explicant naturam rei, & non sunt definitio-nes: ergo definitio convenit alijs à definito. Resp. dist. mai. Divisio est oratio eodem modo, ac definitio, explicans naturam rei: neg. mai. Diverso modo: conc. mai. & min. neg. conseq. Divisio etiam explicat essentiam rei, sed diverso modo, ac definitio; hæc enim explicat essentiam coniungendo partes, & componendo totum, seu manifestat essentiam explicando rei quidditatem, seu quid sit res? Illa verò, distingendo, manifestando, scilicet, quantitatem; seu quanta sit res? Unde quam-

vis divisio explicando partes, consequenter essentiam rei manifestet realiter, non tamen explicat illam formaliter, ut essentia est; ut facit definitio. Ad confirm. neg. mai. Quia non manifestant naturam, sed proprietates rei.

4 Arg. tertio: Non est bona definitio, quæ explicat per ignotius naturam rei; sed definitio definitionis per ignotius explicat definitionem: ergo non est bona. Prob. min. Traditur per orationem, ut est totum potentiale; sed ut sic est ignotius definitio: ergo definitio definitionis per ignotius explicat definitionem. Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob. dist. mai. Traditur inadæquate, & partialiter per orationem, ut est totum potentiale: conc. mai. adæquate, & totaliter: neg. mai. & dist. min. ut sic hoc est, inadæquate, & partialiter est ignotius definitio conc. min. totaliter, & adæquate: neg. min. & conseq. Definitio enim non definitur præcise per genus, sic enim est ignotius, quia est totum potentiale, sed per genus simul cum differentia, & sic est notius definitio, quia confusio generis pendebat ex non explicata differentia: si ergo definitio ex habet genus, & ex primis differentiam, tollitur de medio confusio, quæ definitioni possit obstat.

5 Dices: Definitio debet esse notior suo definito: ergo definitio relativi debet esse notior suo definito; sed unum correlativum per aliud definitur, & correlativa sunt ex quae ignota: ergo definitio non est notior suo definito. Confirmatur Causa definitur per effectum, & effectus per causam: ergo causa erit ignorata, & notior suo effectu, & est contra, quod est absurdum. Resp. concil. Enthym. dist. subsumpt. unum correlativum definitum extrinsecè per aliud: conc. min. intrinsecè neg. utrin. Quia correlativum non definitur per aliud, ut per partem definitionis, ut malè existimat Bay. sed definitur per simplicem ipsam habitudinem unius ad aliud, & est contra; ita ut per esse in alio tanquam in fundamento, & esse ad aliud tanquam ad terminum, non explicetur terminus, & fundamentum, sed ipsa habitudo unius ad aliud. Unde in relativo est aliquid intrinsecum, & aliquid extrinsecum. Intrinsecum est ipsa habitudo. Extrinsecum vero est terminus illius habitudinis. Primum est de ratione formaliter relativi. Secundum vero additamentum in definitione ipsa relativi. Quod additamentum sit ignoratus, non nocet definitioni, quia non explicatur definitum per illud tanquam per aliquid intrinsecum, sed per extrinsecum, & connotatum.

Dices: Si relatiū nō definitur per correlativū,

et quam per partem definitionis, sed tanquam per additum, nulla erit differentia in hoc inter correlativa, & concreta accidentalia, que etiam definiuntur per subiectum tanquam per additamentum. Dicimus, quod licet in utroque, subiectum, & correlativum sit praeceps additamentum. Ceterum maiori necessitate ingreditur correlativum in definitione relativi, quam subiectum in ratione accidentis; quia correlativum requiritur propter formale esse relativi; cum relatio sit formaliter habitudo unius ad aliud; subiectum vero non requiritur propter formale esse accidentis; sed propter esse extrinsecum, & accidentale; scilicet propter actualiter inherentiam.

Unde quantumcumque habeatur conceptus relativi, quantum ad genus, & differentiam non quietatur intellectus nisi co-intelligendo terminum, & fundamentum; at in accidenti absolute, quietatur intellectus, quando distingue attingit genus, & differentiam eius; etiam si alius non co-intelligat, velut additum; itaque in relativis requiritur correlativum; non ut pars definitionis; sed ad quietandum intellectum.

Ad confirm. resp. Causam non definiri per subiectum; sed per virtutem in ordine ad

451 Secunda pars Summ. Disp. VII.

effectum , nec effectus definitur per causam ,
sed per id , quod habet à causa ; ita ut effectus
respectu causæ sit tantum terminus , & similis-
ter causa respectu effectus . Unde sicuti non re-
quiritur cognitio clara , & distincta proposi-
tionis in definitione termini in ordine ad pro-
positionem definiti , ita nec requiritur in defi-
nitione causæ , quod effectus distincte cognos-
catur ; nec in definitione effectus , quod causa
distincte cognoscatur , quia uterque est tantum
terminus respectu alterius .

Quest. II. Vtrum definitio sit oratio formalis ?

¶ **R**esp. affirmative. Prob. Oratio
formalis est , quæ constat plurimi-
bus vocibus , quarum una , seorsim saltim , sig-
nificet ; sed definitio debet constare pluribus
vocibus : ergo est oratio formalis. Prob. min.
Tot vocibus debet constare definitio , quot
sunt necessariae ad explicandas res definibiles ;
sed ad explicandas res definibiles requiruntur
plures voces : ergo definitio debet constare
pluribus vocibus. Prob. min. Quilibet res
definibilis habet rationem quandam , qua cum
alijs conveniat , & aliam peculiarem qua ab
alijs distinguatur , sed hæc duæ rationes , per
defini-

definitionem explicandæ , requirunt plures voces , quia una sola vox univoca nequit significare plures res distinctas , & in rationibus formalibus convenientiae , & differentiae disparatas : ergo ad explicandas res definibiles requiriuntur plures voces .

z. Prob. secundo : Munus definitionis est essentiam rei confuse cognitam manifestare ; sed ad hoc non sufficit unica vox : ergo definitio debet esse plures voces , & consequenter oratio formalis . Prob. min. Manifestare rem confuse cognitam , est sigillatim exprimere , & quasi in partes resolvere id , quod simul , & indiscriminatim erat praecognitum ; sed unica vox id nequit praestare : ergo sunt necessariae plures voces . Prob. min. Resolvere obiectum in suas partes , sive in illo distincta praedicata designare , non stat sine multiplicazione , & distinctione , vel ex parte obiecti , vel ex parte vocum , medijs quibus sit manifestatio ; quia partes sine aliqua multiplicitate non subsistunt , sed in resolutione in suas partes nulla datur distinctio physica ex parte obiecti ; quia rei praedicata non sunt physique distincta : ergo requiritur aliqua distincio ex parte vocum rem manifestantium .

z. Arg. Definitio , que unica voce expli-

eat essentiam rei, non est oratio formalis; sed datur definitio, quæ unica voce explicat essentiam rei: ergo non est oratio formalis. Prob. min. *Humanitas* est unica vox; sed hæc explicat totam essentiam hominis, quia exprimit omnia praedicata, quæ in homine reperiuntur: ergo datur definitio, quæ unica voce explicet essentiam rei.

Resp. neg. min. Ad prob. dist. min. *Humanitas* explicat totam essentiam hominis in indistincte, & confusa; conc. min. clare, & distincte, neg. min. & conseq. Dicimus, quod definitione definitio; non ut cumque est manifestare essentiam rei; sed clare, & distincte, siquia in hoc distinguitur coactus definitionis à conceptu definiti; nam definitum utique, importat eaudem rem, & eadem praedicata, ac definitio; sed definitum confuse, & indistincte; definitio vero clare, & distincte exprimit essentiam rei per rationem genericam, & differentialem, quod cum non possit unica vox exequi, eget pluribus vocibus, has diversas essentias partes significantibus.

Dices: quod *humanitas*, licet formaliter non sit oratio, æquivallet orationi formalis, quia sola illa in porta ea praedicata, quæ plures voces, ut animal, rationale, expriment. Resp. quod ubi exi-

exigitur claritas, & distinctio, ut in definitione; equivalentia, & virtualitas, non sunt ad rem, quia important confusionem, & indistinctionem, & definitio est designatio partium totius, & ablatio prioris confusioneis, ita ut per partes possit capi distinctè, & clare, quod totum simul manifestatum hac voce *humanitas*, non nisi confuse, & in discriminatim fuerat præcognitum.

4 Arg. 2. Conceptus mentalis est omnino simplex; sed exprimit totam essentiam rei, cum sit eius definitio mentalis: ergo, & vox simplex, quæ exprimeret totam essentiam rei, esset definitio vocalis. Resp. conc. mai. & min. neg. conseq. Disparitas est, nam plura prædicata, non se habent in esse representationis per modum unius; ideoque pro quolibet est necessaria vox distincta; nec una, & eadem possunt clare, & distinctè exprimi; in esse verò intelligibilis possunt omnia prædicata ad unari, & se habere per modum unius, quia omnia intelliguntur sub ratione entis, aut veri, & ideo possunt unico actu clare, & distinctè cognosci, non tamen possunt unica voce clare, & distinctè, representari.

Explicatur hoc: Respectu intellectus omnia prædicata, que sunt in homine; v.g. se habent per modum unius; ideoque unico actu concipiuntur;

erit: respectu vero vocum se habent per modum plurium, quia cum voces immidiatae, & directae res ipsas significant; non potest totum, in quo sunt plura predicata, quibus correspondent plures voces (nam vox animal tanum significat vivens sensibile, & vox rationale principiu discursus (clare, & distincte cognosci, nisi pluribus verbis. Unde licet sufficiat unicus conceptus mentalis ad definiendum hominem, non sufficit unica vox ad declarandam, & exprimendam essentiam homines.

Quaest. III. Utrum definitio ad primam intellectus operationem pertineat?

I **C**onclusio est affirmativa. Prob. Terminus complexus pertinet ad primam intellectus operationem; sed definitio est terminos complexus: ergo ad primam operationem intellectus pertinet. Prob. min. Definitio est oratio imperfecta, & diminuta; sed oratio imperfecta, & diminuta, habet rationem unius termini complexi praedicabilis de alio: ergo definitio est terminus complexus. Confirm. Definitio est oratio, per quam exponitur, quod in definito erat confessum. sed id sit in homine, v.g. per hunc terminum complexum.

plexum *animal rationale*, quocumque alio praeciso: ergo definitio est terminus complexus. Prob. min. Quia per illum terminum exprimuntur predicata essentialia hominis, que confusa erant in definito, v. g. in hac voce *homo*: ergo quod erat confusum in nomine, per hunc terminum complexum *animal rationale* exprimitur, quocumque alio secluso. Confirm. Secundo: Definitio est oratio, que explicat essentiam rei; sed hoc solum complexum *animal rationale* explicat naturam hominis: ergo hoc solum est definitio. Prob. min. Tota natura hominis resolvitur in genus, & differentiam; sed solum illud complexum explicat genus, & differentiam: ergo, & totam hominis naturam.

Dices: Illis vocibus definitur quidem homo, sed definitione solum in complexa, quia definitione complexa definitur etiam his *homo est animal rationale*. Sed contra: Definitio incompleta; ita explicat naturam definiti, ut nihil confusum restet explicandum; sed definitio explicans naturam rei, ita ut nihil confusum restet explicandum, est legitima: ergo si definitio in complexa sic explicat naturam definiti, erit legitima; & definitio complexa superflua. Prob. mai. Definitio explicans natu-

ram

tam rei per genus, & differentiam ita explicat naturam definiti, ut nihil confusum restet explicandum; sed definitio incompleta explicat naturam definiti per genus, & differentiam: ergo ita explicat naturam rei, ut nihil confusum restet explicandum.

2 Secundo: Definitio, quam vocas complexam, non est definitio, quia definitio non intendit unum de alio dicere, sed confusum explicare; sed illa unum de alio dicit, & hoc est quod per se intendit: ergo non est definitio. Tertio: Quamvis animal rationale esse explicet naturam hominis, tamen in definitione complexa non illam ex modo explicat, sed enuntiat: ergo non est definitio. Patet conseq. Quia modus distinctus sufficit in his intentionibus logicalibus, ut una ab alia distinguiatur. Quarto si illa esset definitio, definitum ingredieretur definitionem; sed definitum non ingreditur definitionem, ut certum est apud omnes: ergo non est definitio.

Arg. i. Principium, & conclusio attinent ad secundam intellectus operationem: ergo definitio. Prob. conseq. Definitio est principium, aut conclusio in demonstratione potissima, ex Phvlos. i. Poster. 7. dicente: Quippe cum definitio, aut principium demonstrationis sit: aut quendam demon-

demonstrationis conclusio: ergo si principium, & conclusio attinent ad secundam iudicium operationem, etiam definitio. Resp. neg. conseq. Ad prob. neg. antec. ad auctoritatem dicimus Philosophum vocasse definitionem conclusionem, aut principium sumpta denominatione à parte demonstrationis: quia cum medium in demonstratione potissima sit definitio subiecti à tali medio, quod est pars principij, aut conclusionis denominatur definitio principium, aut conclusio, si contingat, quod definitio ponatur, ut extreum in conclusione, non vero, quia re vera sit principium, aut conclusio.

3 Arg. 2. hæc propositio: *Homo est anima rationale explicat essentiam hominis, ut est manifestum, & certum: ergo est definitio.* Resp. dist. antec. explicat per se, & ex primaria intentione, neg. antec. Per accidens, & ex secundaria intentione, subdist. secundum id, quod ad ea quæ importat, neg. antec. secundum id, quod inadequatè dicit, conc. antec. & neg. conseq. Illa enim est formalis propositio, de cuius primaria intentione, & per se non est confusum manifestare, sed unum de alio dicere, & si confusum explicat, & exprimit, est per accidens ratione materiæ, & ex secundaria intentione, & posteriori, quia in alia materia servata endè for-

ma, non explicaret essentiam rei, ut in hac *Lomia* est *albus*. Nec in illa materia, est explicativa essentiæ hominis adæquatè, & secundum se totam, sed tantum inadæquatè, & ratione prædicati.

Quæst. IV. Vtrum sola species possit definiri?

1 **R** Esp. negativè. Prob. quia ut aliquid propriè definiri dicatur, sufficit, quod sit ens positivum, per se unum, in plures conceptus resolubile, seu constans generem, & differentiam, seu aliquo supplente vicem generis, & differentiarum; sed alia à specie sunt huiusmodi: ergo alia à specie possunt propriè definiri. Mai. est certa, quia ad explicandam, & exprimendam essentiam rei, nihil aliud potest considerari. Min. solutione argumentorum constabit, conseq. est legitima.

2 Arg. Sola species constat genere, & differentia: ergo sola species potest propriè definiri. Conseq. patet, quia definitio debet constare genere, & differentia. Prob. antec. nec genus, nec differentia, nec individuum, constat generem, & differentiam: ergo sola species constat generem, & differentiam. Prob. antec. Constare generem, & differentiam est habere prædicata communia,

nia, & propria ratione, quorum cum alijs convenit, & ab alijs differt; sed nec genus, nec differentia; nec individuum habent prædicata communia, & propria; ergo non constant genere, & differentia. Prob. min. quia genus, & differentia sunt simplices conceptus in alios irresolubiles; ne detur processus in infinitum, & individuum est extra essentiam rei, sed simplices conceptus, & quod est extra essentiam rei, non habent prædicata communia, & propria: ergo individuum, genus, & differentia non habent prædicata communia, & propria.

Resp. licet enim transcendentia, & ultimæ differentiae, & individua, non possint propriè definiri, quia illa sunt irresolubilia, & ista sunt extra essentiam rei, tamen genera generalissima, seu summa, ut substantia, propriè definiri valent, quia eorum essentia exprimitur per aliquid, quod est illi commune, & aliquid, quod est illis singulare, proprium, & particulare, quæ esto toto rigore non sint genus, & differentia sufficit, quod habeant locum generis, & differentie, quia sic explicantur per partes pertinentes ad quidditatem definiti. Unde quando de substantia dicitur, quod est *ens per se*, licet *ly* *ens* non sit genus, & *ly per se*, non sit differentia, sed tantum modus, gerunt tamen vicem ge-

461 Secunda pars Summ. Disp. VII.
neris, & differentiæ, & ut habent locum genera-
ris, & differentiæ explicant quidditatem sub-
stantiæ; nec quod sint rigorosè genus, & diffe-
rentia requiritur, quia tantus rigor non placet.

3 Rogabis: An negationes, & privationes
possint definiri? Resp. negativè, quia definitio
essentialis explicat essentiam, & naturam rei, sed
non entis non est essentia, quia essentia est entis:
ergo negationes, & privationes, quæ sunt non
entia, non possunt propriè definiri. Quia tamen
concipiuntur per modum entis possunt per ana-
logiam ad entia positiva suo modo definiri, af-
fignando, scilicet, earum genus, & differentiam.

Quest. V. An, & quomodo definitio, & definitum
distinguuntur?

Non loquimur de definitione, & definito
formaliter sumptis, & propter illi portant
duos actus intellectus, quorum alter confusè,
alter clare rem attingit; de his enim certum est,
realiter distingui. Neque etiam est sermo de
definitione formalis comparata cum definito
objectione, seu cum re definita; sic enim distin-
guuntur, etiam realiter eo modo, quo concep-
tus formalis distinguitur à re per illum con-
cepta, & cognita.

Dubium ergo est de definitione, & definito obiectivè sumptis, non quidem secundo intentionaliter, sed ut important secundam intentionem logicam; quo sensu inter illa versatur distinctione illa, qua duæ entitatis rationis ad invicem secessuntur; sed de definitione, & definito primo intentionaliter sumptis, seu ut important ipsam rem, supra quam cadit secunda intentio, & ad quam conceptus formalester minantur. Et quidem certum est, non distinguunt realiter; nam tunc definitio non explicaret id, quod significat definitum; ac proinde non esset definitio illius rei, sed alterius realiter distinctæ. Unde quod inquiritur est: an distinguuntur tantum distinctione rationis, sive ratiocinantis, sive ratiocinatae? An vero distinctione aliqua ex natura rei præcedente omnem actum intellectus.

Dicimus ergo: definitio, & definitum distinguuntur actualiter ex natura rei. Deducitur ex Subr. Doct. in 1. dist. 2. quest. 2. & prob. illa distinguuntur ex natura rei, de quibus seclusa intellectus operatione, verificantur prædicata contradictionia: sed de definitione, & definito verificantur prædicata contradictionia: ergo. Prob. min. Nam definitio explicat rem distinctæ, & clare; definitum vero non sic, sed confus-

sè, & obscure : at explicare rem distinctè, & non distinctè, confusè, & non confusè, sunt contradictionia: ergo.

Respondent Thomistæ negando illa contradictionia convenire obiecto ex natura rei, sed solum ex parte intellectus concipientis idem obiectum modo clarè, modo confusè. Unde istæ sunt denominations ab actu intellectus derivatae in obiecto. Sed contra: confusio, & claritas cognitionis non tantù se tenent ex parte intellectus cognoscientis, sed etiam ex parte obiecti cogniti: ergo illa contradictionia sunt ex natura rei. Prob. antec. in ipsa re reperitur aptitudo intrinseca, ut cognoscatur hoc, vel illo modo, scilicet, confusè, vel distinctè, clarè, & magis clarè: ergo adhuc ex parte objecti datur cognoscibilitas clara, & obscura. Prob. antec. & ponamus cognitionem animæ separatae, & Angeli superioris terminatas ad Angelum inferiorem. Cognitio animæ separatae non comprehendit Angelum inferiorem; cognitio vero Angeli superioris comprehendit: sed hoc ideo est (in sententia Thomistæ, ad 1. part.) quia cognitio animæ separatae non adequat cognoscibilitatem passivam Angeli inferioris; nec cognoscit illum omnibus modis, quibus cognoscibilis est in se; Angelus vero superior intelligit in-

feriorem , quantum intelligibilis est , & omnibus modis se tenentibus ex parte cognoscibilitatis passivæ : ergo adhuc ex parte obiecti datur intrinseca aptitudo, ut cognoscatur clarè , & confusè , clarè , & magis clarè ; ac proinde claritas , & obscuritas definitionis , & definiti à parte rei important diversum modum cognoscibilitatis passivę ; ideoque illa contradic̄tio est ex natura rei .

Confirm. tam comprehendit formicam Angelus inferior , quam superior : sed iste clarius attingit formicam , clatitate se tenente ex parte intellectus : ergo ad comprehensionem maior , vel minor claritas cognitionis nihil deservit ; ergo illa mensuranda est ex parte cognoscibilitatis , quæ se tenet ex parte obiecti : ergo ipsum obiectum in se habet tantam cognoscibilitatem , ultra quam non sit amplius cognoscibile , & infra quam possit attingi , cognitione non adæquante totam intelligibilitatem eius .

Arg. 1. eadem prorsus res est , quę explicatur per definitum , & per definitionem : ergo hoc , quod est confusè , & distinctè concipi tantum se tenet ex parte modi intellectus : ergo distinctio inter definitionem , & definitum erit ratiōnis , ad summum ratiocinatæ . Secund. Si definitio , & definitum distinguuntur formaliter ex

parte obiecti : ergo conceptus formalis de definitione non attingit obiectum definitum ; ac proinde cum concipio definitionem obiectivam , non concipio idem , quod definiendum erat. Prob. prima conseq. duo ex natura rei distincta habent quoque distinctas rationes obiectivas , & cognoscibilitates, ut docet Subt. Doct. Isep è: ergo conceptus vnius rei formaliter distinctæ non terminatur ad aliam formaliter distinctam: ergo .

Confirm. Inter duo formaliter distincta potest intellectus praescindere , & unum cognoscere , altero non cognito: ergo poterit intellectus attingere definitionem obiectivam , & nihil attingere de definito : ergo definitio non explicabit rationem formalem , & essentiam definiti ; ac proinde æquè manebit ignotum cum definitione , ac sine illa. Urgetur : qui concipit rationalitatem præcisè , non cognoscit animalitatem , sed illam potest ignorare , nam una est cognoscibilis sine alia : ergo poterit cognoscere essentiam animalis rationalis , non cognita , sed ignorata essentia hominis , si formaliter distinguuntur ; quod est ridiculum. Adde , quod Doct. Subt. ait: potest intellectus esse certus de uno conceptu obiectivo , & dubius de altero: ergo poterit intellectus esse certus de animali

rationali, & dubitare, quid sit homo? quo nihil absurdius.

Pro horum solutione nota bene, distinctionem, & rationem, quam ponimus inter definitionem, & definitum, non esse formalēm perfectam, seu formalitatis à formalitate; sed imperfectam, seu modi à modo, & hoc adhuc in sano sensu intelligendum est. Nam ex parte essentiæ, quam attingit definitio, & definitum, nulla omnino versatur distinctione, sed tantum ex parte duplicitis modi eiusdem omnino indistinctæ essentiæ. Unde essentia se habet, quasi substratum, seu *quod*; & modi se habent quasi forma, & *quo*; & ratione unius constituitur definitio, rationeque alterius definitum; & consequenter distinctione non se habet ex parte substrati, seu materialis, sed ex parte modi, seu forme. Ex quo bene salvatur; quod eadem omnino essentia attingatur per conceptum formalēm definitionis, & definiti; & quod alias essentia reduplicative, ut definita distinguatur à se ip'a reduplicative, ut definitio est. Quo notato, facilissimo negotio argumenta disolves.

Ad 1. dist. antec. Eadem prorsus materialiter, seu idem substratum, conc. antec. eadem formaliter, seu reduplicative, ut stat ~~sub~~modo; neg. antec. & conseq. Quia modi illi distinctione

habent ex parte ipsius rei potentis concipi clare & obscure. Ad secundum dist. conseq. obiectum quod, seu quasi materiale, neg. conseq. quo, seu formale, conc. conseq. Ad prob. dist. antec. duo perfectè distincta ex natura rei, conc. antec. Duo imperfectè distincta, quales sunt modi intrinseci, neg. antec. & conseq. in eodem sensu. Modus enim intrinsecus nequit concipi sine re, cuius est modus; ideoque qui attingit rem, ut definitam, nequit modum illum percipere, quin attingat ipsam essentiam, cuius est modus; & qui attingit definitionem ipsam, eandem essentiam attingit; & distinctio solum versatur inter modos eiusdem essentie.

Per quod patet ad confirm. Quia enim attingit definitum, non aliam formalitatem attingit, sed eandem, que per conceptum definitionis attingitur. Unde illa distinctio non se habet ex parte essentiae, sed ex parte modorum, qui non distinguuntur formaliter perfectè, atque ideo ex nullo capite potest unum ab alio praescindи. Ad urgentiam, conc. antec. neg. conseq. & disparitas constat ex dictis: quia animalitas, & rationalitas praescindunt perfectè; modi autem intrinseci imperfectè; & essentia, quae est substratum utriusque modi, nec perfectè, nec imperfectè praescindit à se ipsa; quia ex parte materialis, & substrati nulla prorsus adest distinctio.

finctio. Ad ultim. dicimus, non esse inconveniens eum, qui habet conceptum definiti, dubitare de definitione; imò id omnes sateri debent; qui tamen habet conceptum definitionis non dobitat de definito; quia clarè cognoscit essentiam, de qua antea dubitabat. Undè illa dubitatio non oritur ex eo, quod non concipiatur eandem rem; sed ex eo, quod non concipiatur illam clare, & sub modo definitionis; quod appetit innatè intellectus, qui rei conceptum perfectum assequi desiderat.

Quest. VI. An divisio tradi possit per membra privativè, aut contradictoriè opposita?

Membra privativè, aut contradic-
toriè opposita possunt consi-
derari, aut pure privativè, & negativè, quo
lensu præcisè important ipsam negationem,
aut privationem, aut considerari possunt, vt
dicunt aliquid positivum adiacens diviso, ex-
pli catum tamen per terminos negativos, aut
privativos ob isopiam vocum ad exprimen-
dum illud positivum, quod important.

Primo modo non potest tradi divisio per
membra privativè, aut contradictoriè opposi-
ta, bene vero secundo modo. Prob. prima pars,

quia dicitur ipsum, quod est genus simul cum differentia contrahente constituit speciem; species enim aliquid ponit, & addit, & hoc nihil aliud est, quam differentia contrahens, & determinans genus, sed quod est pure negativum aut privativum, non potest cum genere positivo constituere speciem, quia negatio, & privatio totum positivum constitutre non possunt: ergo non potest tradi divisio per se, per membra pure privative, aut negative opposita.

2 Prob. secunda: Pars, quia si membra dividentia in re, important aliquid positivum, quid interst, quod vocibus negationem, aut privationem significantibus explicentur? Ergo potest tradi divisio per membra privative, aut contradictione opposita: quando in re important aliquid positivum, & solū penuria vocum, negatione, aut privatione explicentur.

3 Arg. membra dividentia, in bona divisione, debent esse inter se opposita, alioquin si non essent opposita non separarentur per differentias, sed vel essent idem, vel disparata; sed non est necesse, quod semper relative, aut contrarie opponantur: ergo possunt opponi privative, aut contradictione. Confirm. Hę sunt bona divisiones homo alius videns, alius cæcus. Aer alius tenebrosus, alius lucidus; sed istæ

istæ divisiones sunt penes terminos privatiuos: ergo etiam poterunt penes terminos negatiuos, quia privatio de formalí negatio quedam est. Confirm secund. Hæc divisio communiter admittitur *Animal aliud rationale, aliud irrationale;* sed irrationalē est negativum, aut privativum aut respectu rationa i: ergo potest dari divisio per membra privatiues aut contradicter ē opposita. Resp. conc. mai. neg. min. Divisio enim essentialis per se est generis in specie, requirit membra dividentia eiusdem naturæ cum diviso. Com ergo privatio, & negatio non sint eiusdem naturæ cum ente positivo, non possint esse membra dividentia illius: sicuti ē contra; si divisum esset negatio, aut privatio, non possint esse membra dividentia illius entia positiva, quia species composita ex genere, & differentia, nequiescunt ex genere distinctis.

Ad prim. confirm. Dicitus illas esse divisiones subiecti in accidentia, quia habitus, & privatio accident subiecto, circa quod immediate se habent, & hoc genus divisionis traditi potest per terminos negatiuos, & privatiuos, negative, vel privative se habentes; sed de his, & alijs divisionibus per accidens non est quæstio; sed de divisione per se. Ad secund.

cund. conc. mai. dist. min. Irrationale est ne-
gativum voce: conc. min. in re: neg. min. &
conseq. Irrationale enim, licet voce impor-
tare videatur quid negativum, aut privativum,
scilicet, carentiam alterius membris positivis; in
re autem, non est quid pure negativum, aut
privativum, sic enim non solum conveniret
brutis, sed etiam plantis, elementis, & alijs,
que non continentur sub animali, sed est quid
positivum, quod proprio nomine non nomina-
mus, quia illud ignoramus.

DISPUTATIO ULTIMA.

De argumentatione.

*Quæst. I. In quo argumentatio formaliter
consistat?*

I N argumentatione plura inveniun-
tur, de quibus dubitari potest; an
in omnibus, vel uno tuncum formaliter con-
sistat? Nam in hac argumentatione, seu syllo-
gismo: *Omnis homo est animal; Petrus est ho-
mo; ergo Petrus est animal*, sunt præmissæ ut
illativæ; est conclusio, ut illata, & denique
est consequentia, que est habitudo, seu illatio
vnus

vnius ex alio; sive connexio vnius cum alio.
Hoc notato,

Non est quæstio de argumentatione, vt est modus sciendi, sic enim in antecedenti, seu præmissis essentialiter consistit, quia ut instrumentum, constituitur per esse manifestativum ignoti, & syllogismos, v. g. non constituitur manifestans ignotum per conclusionem ignotam, sed per præmissas notas, & artificiose dispositas. Unde sicut definitio, ut instrumentum sciendi, non est manifestativa ignoti per definitum, quod est ignotum; ita argumentatio, ut instrumentum sciendi, non constituitur essentialiter manifestativa ignoti per conclusionem ignotam; sed per antecedens, aut præmissas notas, & artificiose dispositas. Quare difficultas est de argumentatione, secundum ea, que sunt ei propria, seu in quantum est quidam discursos.

In qua Prima sententia affirmat argumentationem in præmissis, & conclusione, simul in recto, & adæquate consistere. Ita Conimbric. Arriag. ex nostris Orbel. & ex Thomist. Ioann. à Santo Thom. Bayon. & alijs. Secunda sententia assertit argumentationem essentialiter esse præmissas recte dispositas, conclusionem verò esse terminum, & effectum syllogismi. Ita Alb. Achilus. Niphus, & alijs.

Con-

2 Nōstra conclusio. Argumentatio formaliter solum cōsistit in conclusione, vt illata, seu ut ex p̄missis deduc̄ta; ita Maſtr. disp. 11. q. 1. & alij. Prob. argumentatio non cōsistit in p̄missis, & conclusione simul; nec in p̄missis solis: ergo, cōsistit p̄cise in conclusione. Conseq. constat à ſufficienti p̄tium enumera- tione. Antec. quoad primam partem prob. quia argumentatio formaliter, & obiective eſt vnum per ſe: ergo non poteſt p̄missas, & conclusionem ſimul importare; conseq. patet; quia eſſet quid aggregatum, cum p̄missæ, & conclusio ex parte actus, & ex parte obie- cti plura ſignificant. Antec. verò prob. quia argumentatio formaliter eſt ipsam et tertia operatio intellectus, & obiective eſt obiectum tertiae operationis; ſed obiectum tertiae ope- rationis, & tertia operatio eſt vnum per ſe: er- go argumentatio formaliter, & obiective eſt vnum per ſe. Quoad secundam partem prob. primum antec. quia argumentatio pertinet ad tertiam operationem intellectus; ſed p̄missæ pertinent ad ſecundam: ergo non cōſtituit in ſolis p̄missis.

3 Dices: Quod ad ſecundam operatio- nem intellectus pertinent p̄missæ p̄cise, ut enuntiativæ; ad tertiam verò, ut illativæ; un-

De argumentatio, ut est propria tertiae operationis intellectus, intrinsece, & in recto debet importare præmissas, ut illativas, & conclusionem, ut illatam. Sed contra; quia præmissæ, ut illative præcise important dispositionem quandam artificiosam; sed hæc artificiosa dispositio non extrahit præmissas à secunda operatione intellectus: ergo præmissæ etiam ut illative, pertinent ad secundam operationem intellectus. Prob. min. Quia artificiosa dispositio est, vel quando una propositio est universalior alia, ratione cuius illa est major; hæc verò minor, ut in hac: *Omne animal est vivens sensibile; homo est animal;* vel quando essentia, aut definitio prædicatur de subiecto, ut in ista, *homo est rationalis,* nam ex illis infertur: ergo *homo est vivens sensibile;* & ex hac: ergo *homo est risibilis;* sed ex eo, quod propositio sit magis, & minus universalis, quod prædicatum sit essentia, definitio, aut passio subiecti non extrahitur à secunda operatione, quia ut cumque est præcise enuntiativa: ergo præmissæ ut illative, non extrahuntur à secunda operatione intellectus.

Explicatur hoc. Hæ: *Omne animal est vivens sensibile, homo est animal. Homo est rationalis* sunt propositiones, quia continent

475 Secunda pars Summ. Disp. unic:

vnum de alio; sed ut enuntiativæ sunt illativæ; ergo ut illativæ pertinent ad secundam intellectus operationem. Prob. min. Propositiones illativæ dicuntur illæ, quæ ita enuntiant vnum de alio, ut includant aliquid cum illis connexionum; & quod ex illis deducitur; sed præcise dicendo *homo est rationalis* includitur aliquid cum prædicato connexionum; quod ex illa deducitur: ergo propositiones, ut enuntiativæ sunt illativæ, & consequenter præmissæ, ut illativæ attinent ad secundam intellectus operationem; non verò ad tertiam; nec ad argumentationem.

Contra secundo: Præmissæ ut illativæ, explicant, aut includunt conceptum causæ, conclusio ut illata, conceptum effectus; sed conceptus causæ, & conceptus effectus non possunt intrinsece, & in recto argumentationem constituere: tum quia sunt conceptus diversi, & oppositi; tum quia argumentatio formaliter, & obiective est vnum ens per se: ergo argumentatio non importat intrinsece, & in recto præmissas, ut illativas, & conclusionem, ut illatam; quia conceptus causæ, & conceptus effectus simul nequeunt vnum per se constitutere.

4 Prob. secundo nostra conclusio; quia

argumentatio est discursus; sed discursus formaliter est assensus consequentis, ut illati; causati, & dependentis ab assensu antecedentis ex Arist. 1. Poster. 1. vbi ait, *quod omnis doctrina discursiva ex præexistenti cognitione fit*: ergo argumentatio præcise consistit in conclusione, ut illata ex præmissis, aut antecedente. Confirm. Non est argumentatio, vbi non est discursus; sed in assensu præmissarum non est discursus: ergo nec argumentatio. Mai. est certa; quia discursus, & argumentatio non differunt, cum utrumque sit illatio, seu deductio ignoti, ex noto. Prob. min. Quia intellectus assentitur præmissis per lumen principiorum; sed lumen principiorum fit sine discursu, quia attinet ad secundam operationem intellectus, & sola tertia operatio dirigitur per discursum: ergo in assensu præmissarum non est discursus. Configm. secundo: In illo formaliter consistit, quo intellecto intelligitur argumentatio; & quo non intellecto, argumentatio non intelligitur; sed antequam intellectus assentiat conclusioni, non intelligitur argumentatio; quia non dum intelligitur intellectus discurrens, & posito assensu conclusionis intelligitur argumentatio; quia iam intellectus intelligitur discurrens: ergo argumentatio præcisè in assensa

s Arg. Argumentatio essentialiter est discursus; sed discursus in præmissis, & conclusione consistit: ergo, & argumentatio. Prob. min. Quia discursus est motus discretus à præmissis ad conclusionem; sed motus discretus consistit in utroque termino à quo, scilicet, & ad quem: ergo discursus consistit in præmissis, & conclusione. Confirm. Intellectum discurrere, formaliter, & in recto est devenire de una cognitione ad aliam; sed hoc quod est de una cognitione ad aliam devenire non magis dicit unam, quam aliam: ergo discursus ex equo consistit in utraque cognitione in præmissis, scilicet, & conclusione.

Resp. conc. mai. dist. min. Discursus in præmissis, & cōclusionē cōsistit ex æquo neg. min. discursus in præmissis, cōsistit præsuppositive, & in conclusione formaliter conc. min. Ad prob. dist. mai. Discursus est motus proprius: neg. mai. metaphoricus: conc. mai. & dist. min. Motus discretus proprius in utroque consistit termino; translat min. Metaphoricus: neg. min. & conseq. Discursus enī in syllegismo, v. g. præmissas requirit; non formaliter, sed præsuppositive; quia discurrere est ex noto ad ignotū devenire; unde præmissæ præsupponuntur cognitæ, & notæ per secundam intellectus operationem,

quia

quia eodem modo tertia presupponit secundam; sicut secunda primam, & intellectus ex præmissis per secundam operationem cognitis, & notis, postea per tertiam, conclusionem deducit, in qua stat precise formalis discursus, & propria, & formalis argumentatio. Ad illud de motu dicimus; quod discursus non est motus proprius, quia de ratione motus proprij est, quod dum est terminus *ad quem*, iam non sit terminus *à quo*. Præmissæ autem, & conclusio sunt simul, quia sunt causa, & effectus; causa, & effectus sunt simul, est ergo tantum motus improprius, & metaphoricus. Sed demus discursum esse propriè motum, adhuc nihil contra nos; quia motus ita specificatur à termino *ad quem*, ut terminus *à quo* tantum sit presuppositus, & derelictus. Itaque conclusio, quæ est terminus *ad quem* est *à qua* discursus habet esse formaliter; à præmissis vero, tantum præsuppositive, & tanquam à materia per secundam intellectus operationem nota, ex qua intellectus per tertiam deducit ignotum. Ad confirm. patet solutio ex dictis.

6 Arg. secundo: Argumentatio est quædam oratio hypothetica rationalis; in qua una propositio est antecedens, & conclusio consequens; copula vero est nota illationis, sive

479 Secunda pars Summ. Disp. vlt:
particula : ergo; sed propositio hypothetica
essentialiter, & in recto constat ex antecedenti,
& consequenti: ergo argumentatio æqualiter,
& in recto, constat non solum conclusione,
sed etiam præmissis. Prob. min. Quia omnis
oratio hypothetica, æqualiter, & in recto
constat ex cathegoricis unitis per copulam ad-
verbialem, Unde conditionalis, v.g. Si Pe-
trus currit; moveretur, non importat in recto
præcise unam cathegoricam, & aliam præsup-
ponit; sed utramque æqualiter in recto; sed
argumentatio est oratio hypothetica, in qua
præmissæ connectuntur cum conclusione per
notam illationis: ergo importat in recto non
solum conclusionem, sed etiam præmissas.

Resp. quod in argumentatione, ut est ora-
tio quedam hypothetica rationalis, est antece-
dens, & consequens, & denique est nota illa-
tionis, cæterum aliter ac in propositione hy-
pothetica; quia in illa antecedens solum præ-
suppositive spectat ad argumentationem, & ra-
tio est, quia antecedens solum requiritur,
quantum ad vim, & dispositionem illationis;
vnde posita per secundam intellectus opera-
tionem hac propositione: homo est rationalis,
statim intellectus per tertiam infert: ergo est
risibilis, & in hac stat vis, & formalitas argu-

mentationis; ita ut, quod alia propositio præsupponatur, sit necessarium. Sed non esse essentiale constitutivum, eodem fere modo, quo ut voluntas velit, ita requiritur, quod intellectus intelligat, ut hoc sit necessarium præ requisitum; sed non essentiale constitutivum.

In propositione vero hypothetica, antecedens, consequens, & nota illationis equaliter, essentialiter, & in recto ingrediuntur quia eius munus non est unum de alio colligere; sed coniunctionem enunciare, quia non solum fertur iudicium de qualibet cathegorica, sed etiam de coniunctione hypothetica quantum ad ita esse, vel non esse; unde propositio hypothetica in quantum talis, in recto, & aequaliter constat antecedenti, & consequenti, non autem in quantum est argumentatio.

7 Arg. tertio: Omne compositum artificiale importat equaliter, & in recto partes immediate, & ex æquo unitas; quia nunquam contingit quod ex partibus immediate unitis unam dicat in recto, & alteram in obliquis; sed syllogismus est compositum artificiale constans præmissis, & conclusione tanquam ex partibus immediate unitis: ergo importat in recto tam præmissas, quam conclusionem. Prob. min. Quia in syllogismo per notam illa-

tionis immediate connectuntur præmissæ cum conclusione; sed compositum ex huiusmodi nexu, & vnione resultans, est formaliter syllogismus; cum ad aliud artificium logicale non pertineat: ergo syllogismus est compositum constans præmissis, & conclusione.

Resp. quod licet compositum, ut tale, æqualiter, & in recto importet partes immediate unitas, syllogismus autem præmissas, & conclusionem æqualiter, & in recto non importat; quia non est compositum; nam in composito, proprietaли, sunt partes, que medio aliquo nexus vniuntur, cum compositio sit distinctorum vniō; in syllogismo verò, nec præmissæ sunt proprie partes, quia pars, ut talis, est in ordine ad totum, seu comp ositum, & cum syllogismus non sit totum, nec proprie compositum, non habet partes, sed tantum materiam, ex qua aliud ducat, seu inferat; ideoque argumentatio sic definitur: est oratio in qua uno dato, aliud sequitur; nec nota illationis est copula, vniō, seu nexus, quia particula adverbialis ergo non est ut vniat, aut vnum cum alio coniungat; sed ut vnum de alio inferat; itaque de fectu huius duplicitis conditionis non est proprio compositum.

8 Dices; Illud est proprio compositum,
quod

Ms. Cuerban de la Concepción

quod constat ex materia, & forma ; sed syllogismus, constat ex materia, & forma : ergo est proprie compositum. Prob. min. Quia in syllogismo materia sunt præmissæ, & conclusio est forma: ergo syllogismus constat ex materia, & forma. Resp. dist. mai. Illud est proprie compositum , quod constat ex materia, & forma vnitis, conc. mai. non vnitis; neg. mai. & dist. min. syllogismus constat ex materia, & forma non vnitis : conc. min. vnitis; neg. min. Ad prob. dicimus, quod præmissæ in syllogismo sunt materia tantum metaphorice ; quia præmissæ , & conclusio non sunt ut vniantur, sed ut conclusio , quæ potentialiter continetur in præmissis , ex illis deducatur. Unde syllogismus non est compositum, sed quoddam artificium , in quo præmissæ gerunt vices materialiæ, deductionis, seu illationis, non vniōnis.

Instabis: Si præmissæ non essent propriæ partes intrinsecæ ; nec materia syllogismi ; nec antecedens esset proprie pars intrinseca , nec materia enthymematis; sed antecedens est proprie pars intrinseca , & materia enthymematis: ergo & præmissæ sunt proprie partes intrinsecæ , & materia syllogismi. Mai. est certa , quia enthymema non minus est argumentatio, quam syllogismus. Prob. min. Quia si antecedens

non esset materia , nec intrinseca pars enty-
mematis, enthymema tantum consistet in vni-
ca propositione ; sed enthymema non potest
consistere in vnicā tantum , & simplici propo-
sitione : ergo antecedens est pars intrinseca , &
materia enthymematis. Prob. min. Quia en-
thymema essentialiter est propositio hypothetica ; sed hypothetica non potest consistere in
vnicā propositione cathegorica , sed essentiali-
ter coalescit ex duabus propositionibus cathe-
goricis , tanquam ex partibus principalibus ;
ergo enthymema non potest consistere in vni-
ca tantum , & simplici propositione.

• Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob.
conc. mai. neg. min. Ad prob. neg. mai. Pro-
positio enim hypothetica essentialiter requirit
plures cathegoricas ; quia essentia iter enuntiat
coniunctionem vnius cum alia , vt iam diximus ,
enthymema autem non importat enuntiatio-
nem , nec coniunctionem plurium propositio-
num , sed deductionem , seu dispositionem
illationis ad quam plures propositiones requi-
runtur , non ex equo , sed unam præsupponit ,
& in alia formaliter consistit , quia præsuppo-
nit antecedens , & in consequenti , vt illato , &
ex antecedenti deducto formaliter consistit.
Unde propositio hypothetica , & enthymema

con-

conveniunt, & differunt; convenient, quia tam enthymema quam propositio hypothetica plures propositiones requirunt. Differunt in hoc, quod propositio hypothetica ex æquo importat plures propositiones: enthymema vero unam presupponit, & in alia consistit.

9 Arg. quarto: Si præmissæ non essent de ratione formalí syllogismi ut sic; non possent esse de ratione formalí alicuius, quia quod excluditur à ratione formalí generis non potest esse de ratione formalí alicuius speciei; sed præmissæ sunt de ratione formalí alicuius syllogismi: ergo sunt etiam de ratione formalí syllogismi ut sic. Prob. min. Præmissæ sunt de ratione formalí syllogismi per figuræ, & modos divisi: ergo sunt de ratione formalí alicuius syllogismi. Prob. antec. Syllogismus per modos, & figuræ divisus; ita petit talem dispositionem medijs, & etiam debitam dispositionem propositionum secundum universalitatem, & particularitatem, affirmationem, & negationem, ut per propriam dispositionem syllogismus unius figuræ essentialiter distinguitur à syllogismo alterius figuræ; sed hoc nequit esse, quin præmissæ sint de ratione formalí syllogismi per modos, & figuræ divisi: ergo præmissæ sunt de ratione formalí syllogismi per modos, & figuræ divisi. H h 4 Resp.

Resp. quod distinctio specifica aliquorum, s̄epe mensuratur non ab eo, quod res habent in se, sed ab eo, quod eis ab aliquo principio extrinseco provenit, ut in amore vię, & fruitione patrię, quę specie differunt; sicut sunt ab eadem voluntate propter idem motivum, & ab eodem principio; scilicet, ab eadem charitate, quia amor vię reguiatur principio obscurō, scilicet lumine fidei, & fruitio patrię lumine glorię, quę sunt principia extrinsica, & pure regulativa dilectionis. Idem evenit in notitia intuitiva, & abstractiva eiusdem obiecti, quę specie distinguuntur praeceps quia ad primam concurrit obiectum immediate, & ad secundam, media specie. Unde quod in his contingit, in syllogismo per modos, & figuras diviso evenit, quia sicut illa ab aliquo extrinseco, necessario tamen petito, & requisito specie distinguuntur, ita syllogismi pro praeclara conclusione, ut illa sumpti, specie distinguuntur, non quia essentialiter important præmissas taliter dispositas, sed quia necessario petunt, & requirunt illas tali modo ordinatas; itaque distinguuntur essentialiter per præmissas tali modo dispositas, ut essentiale prærequisitum, non ut formale constitutivum.

10 Arg. denique: Ideo præmissę non efficit

essent de ratione formalis argumentationis, quia etiam, ut illativæ pertinent ad secundam intellectus operationem; sed etiam conclusio ut illata, pertinet ad secundam intellectus operationem: ergo argumentatio non consistit in conclusione, ut illata, quia debet consistere in aliquo ad tertiam operationem intellectus attinente. Prob. tri. eo præmissæ ut illativæ non extrahuntur à secunda operatione, quia ut illativæ sunt enuntiativæ, & solum important talem, vel talem prædicati, & subiecti dispositionem; sed etiam conclusio, ut illata, est enuntiativa, & solum importat, talem, vel talem prædicati, & subiecti dispositionem: ergo conclusio, ut illata ad secundam intellectus operationem pertinet.

Resp. quod conclusio eo dicitur illata, quia est ab alio deducita, & vnum ab alio extrahere, & deducere, est ab uno in alium progressi, seu ex noto ignotum deducere, & hoc est discurrere, quod est munus tertiae operationis. Unde, antequam intellectus vnum ab alio extrahat, seu deducat, sicut non dicitur proprio discurrere, nec dicitur proprio argumentari. Hoc habet intellectus in conclusione, non autem in præmissis, quia in præmissis etiam;

etiam, ut illatibus, non est deductio, & extractio, sed tantum via, & materia ex qua aliquid deducitur, & extrahitur. Ideoque argumentatio stat formaliter in conclusione; in præmissis vero, solum materialiter, & presuppositive.

Quest. II. In quo genere causæ assensus præmissarum concurrat ad assensum conclusionis?

Non loquimur (ut constat ex ipso questionis titulo) de præmissis, & conclusione obiectivè sumptis; quid enim de his sentiendum sit, dicemus in Leg. disp. 1. Proam. q. 2. §. 2. explicantes secundam conditionem obiecti attributionis. Sed de præmissis & conclusione formalibus, seu de assensibus, quos intellectus habet de obiectis præmissarum, & conclusionis; an, scilicet, actus, quo intellectus assentitur præmissis, sit causa actus, quo assentitur conclusioni? Circa quod supponimus, assensum præmissarum aliquo modo esse causam assensus conclusionis, istumque ab illo dependere. Id enim constat ex Phylos. dicente: omnem cognitionem discursivam fieri ex præexistente cognitione præmissarum; ubi ly
ex

*ex non denotat habitudinem termini à quo
nam terminus à quo recedit, adveniente termi-
no ad quam , ut dicemus in Physica agentes de
principijs in fieri entis naturalis ; præmissæ au-
tem formales non recedunt , adveniente con-
clusione , imò sunt simul cum illa ; ac proinde
ly ex denotat causalitatem , vt explicant ferè
omnes hic. Unde dubium est , quo genere cau-
se assensus præmissarum causet assensum con-
clusionis?*

Dicimus , assensum præmissarum in gene-
re cause efficientis partiajiter cum intellectu ad
assensum conclusionis cō currere. Est ferè com-
munis cum Subr. Do&t. primo Poster. q. 8. ad
primum , & quæst. prima Prolog. in respns.
ad secundem argum. pro Phylosophis. Ubi
arguens contra D. Tho. sic loquitur : *Præte-
rea supponit , quod principia sunt distinctiva
habitus conclusionis in alio genere cause , quam
ut principia effectiva; quod falsum est , quia :::
non habent nisi rationem cause effectiva.*

Prob. primo conclusio : Id est formaliter
causa efficiens alicuius effectus , quod virtua-
liter illum continet , & à quo essentialiter ille
dependet , & cui aliqualiter assimilatur : sed
conclusio , seu assensus conclusionis contine-
tur virtualiter in assensu præmissarum , essentia-
liter

liter ab illo dependet, & præmissis aliqualiter assimilatur: ergo præmissæ sunt cause efficientes respectu conclusionis, & assensus illarum efficit assensum istius. Mai. est evidens. Minor habet tres partes probandas. Et prima quidem, quod, scilicet, assensus conclusionis contineatur in assensu præmissarum virtualiter; est expressa Arist. primo Poster. cap. 1. & 2. Secunda etiam, quod conclusio essentialiter dependeat à præmissis, patet: quia si præmissæ non essent in intellectu, non posset iste elicere conclusionem; nam conclusio, ut talis, dicit ordinem ad præmissas, à quibus suam veritatem accipit; nam si intellectus, absque præmissis, aliquam eliceret propositionem, illa non esset conclusio; quia ista est tertia operatio intellectus, quæ plures cognitiones requirit; sed esset quædam simplex propositio, & secunda operatio: ergo.

Quoad tertiam partem prob. quia ex certitudine, veritate, & evidentia præmissarum colligitur certitudo, veritas, & evidentia conclusionis; & si præmissæ sunt universales, vel particulares, necessariæ, vel probabiles, aut falsæ, universalis, vel particularis, necessaria, vel probabilis, aut falsa erit conclusio: ergo conclusio assimilatur præmissis; & consequen-

ter illę h̄ibent quidquid requiritur ad rationem causæ efficientis respectu conclusionis.

Confirm. hæc ratio : Distinctio essentialis nequit provenire ab eo, quod non est causa; sed præmissæ (originaliter saltim) faciunt differre conclusionem; quia conclusio necessaria, & probabilis distinguontur essentialiter ratione præmissarum: ergo præmissæ sunt causæ. Confirm. secundo (contra aliquos afferentes, assensum præmissarum esse tantum conditionem assensus conclusionis) nulla conditio est assimilativa, & virtualiter contentiva effectus; nam conditio nullam habet virtutem productivam, aut prædicatum aliquod, quod in effectu reuceat, sed solum virtutem productivam applicat: sed conclusio assimilatur præmissis, in illisque virtualiter continetur: ergo sunt causæ effectivæ, & non conditiones tantum.

Confirm. tertio ex Complut. In assensu conclusionis non solum relucet prædicatum intellectionis ut sic, correspondens intellectui, nec sola ratio intellectionis obiecti correspondens obiecto, seu speciei impressæ; sed etiam ratio intellectionis discursivæ, que formaliter, & per se non respicit intellectum, vel speciem, sed præmissas; nam sine præmissis esset

491 Secunda pars Summ. Disp. vlt:

esset intellectio , & assensus de tali obiecto, sed non esset discursiva: ergo sicut intellectus, & obiectum pertinet causæ illius , vt est intellectio , & vt est talis obiecti; ita etiam præmissæ debent ponî causæ illius ut discursivæ ; alijs etiam possent contrarij dicere , speciem esse tantum conditionem , & non causam illius intellectio.

Secundo prob. specialiter , hanc causalitatem præmissarum respectu conclusionis debere esse in genere efficientis. Nam præmissæ formales sunt causæ conclusionis , vt patet ex dictis : sed non finalis , nec materialis , nec formalis: ergo efficiens. Conseq. patet à sufficienti partium enumeratione. Min. autem quoad triplicem partem simul prob. non sunt causa finalis, quia potius conclusio est finis præmissarum ; nam præmissæ assumuntur propter conclusionem , non è contra ; non causa materialis , vnus enim actus intellectus non sit ex alio tanquam ex materia , vt patet ; non denique formalis , quia unus actus intellectus non actuat alium tanquam formam , vt patet: ergo.

Arg. primo : Pro Aversa , & alijs sustinentibus assensum præmissarum tantum illuminative , & per modum conditionis sine qua non , concurrere ad assensum conclusionis , non vero effi-

efficienter. Non minus dependet secunda operatio intellectus à prima, quam conclusio à præmissis: sed dependentia secundæ operatio-
nis à prima non arguit causalitatem huius re-
spectū illius: ergo dependentia conclusionis à
præmissis non arguit causalitatem præmissarum
erga conclusionem. Min. & conseq. tenuent; &
mai. prob. quia sicut intellectus nequit elicere
conclusionem sine præmissis, ita nequit elicere
iudicium sine apprehensione terminorum: ergo.
Confirm. Voluntas nequit elicere volitionem
objeci, immo nec illam continuare sine prævia
cognitione illius: sed tamen actus intellectus
non est causa actus voluntatis, ut est probabi-
lius apud Subt. Doct. ergo.

Resp. neg. mai. Quia licet intellectus ad
eliciendum iudicium indigeat apprehensione
terminorum, aliter tamen indiget assensu præ-
missarum qd eliciendam conclusionem; appre-
hensio namque est pura conditio, assensus ve-
rò præmissarum est causa. Ratio est: Quia
præmissæ per vim illativam, & impulsivam
inferunt conclusionem. Unde posito assensu
præmissarum necessario intellectus elicit con-
clusionis assensum; apprehensio verò termino-
rum non concurrit per vim iudicativam ad eli-
ciendum iudicium, quia illam non habet. Sic

hac

493. Secunda pars Summ. Disp. ult:
hęc disparitas evidenter colligitur ex eo, quod
præmissę specificant, & distinguunt essentiali-
ter conclusionem; nam conclusio demonstrata
per principia physica distinguitur essentialiter
ad alia de eisdem terminis per principia ma-
thematis probata; ut patet in ista, *Terra est*
rotunda, que à Physico, & à Mathematico
demonstrati potest. Apprehensiones verò non
specificant iudicium, nam stante eadem appre-
hensione, possunt elicere iudicia specie distinctæ.
Per quod patet ad confirm. Nam volitio non
sequitur necessario cognitionem obiecti, nec
ab illa specificatur; nam circa idem obiectum
potest diversas specie volitiones elicere, ut pa-
tes. Præterquam quod etiam est probabile in
nostra schola, intellectiōnem concurrere ad
volitionem efficienter.

Arg. secundo: Ex antecedenti falso, &
impossibili quandoque sequitur conclusio pos-
sibilis, & vera; ut patet in hoc enthymemate:
Homo est equus: ergo est animal: sed illud an-
tecedens non est causa conclusionis: ergo. Prob.
min. Nemo enim dat, quod non habet, saltim
vitaliter: sed falsitas, & impossibilitas non
habent veritatem, nec possibilitem: ergo.
Confirm. In hoc enthymemate: *Omne animal*
rationale est homo: ergo Christus est homo; ante-
cedens

cedens non causat consequens: ergo. Prob
antec. Naturale , cum sit imperfectus , non
potest causare supernaturale , quod perfectius
est: sed antecedens est naturale , & consequens
supernaturale , cum sit de Fide: ergo.

Resp. neg. mai. Ut enim diximus 1. parta
lib. 3. cap. 5. n. 3. præmissæ formaliter ut fal-
se , aut impossibiles non influunt in conclusio-
nem ; sed influunt , admissa suppositione , quod
sint veræ , & possibles. Unde assensus ex
suppositione , & quasi conditionatus influit
efficienter. Vel dic cum Mastr. in casu solum
sequelam conclusionis pendere ex præmissis
sic , vel sic dispositis ; non tamen veritas , aut
possibilitas ; sed aliunde in se consequens est
verum , aut possibile. Et si argumentum quid-
quam probaret , probaret utique , assensum præ-
missarum nec illuminativè concurrere ad assen-
sum conclusionis ; quia falsum nequit illumina-
re , ut videatur verum. Ad confirm. resp. Illud
consequens (formaliter ut tale) non esse de Fide ,
sed esse conclusionem Theologicam ; nec inferri
vi illius tantum præmissæ , sed etiā alterius minoris
subintellectæ , scilicet : *Christus est animal rationa-
le*; que in intellectu adest , licet ore nō proferatur

Arg. tertio : Assensus præmissarum nequit
esse causa univoca assensus conclusionis ; quia
causa univoca est eiusdem speciei cum effectu ,

assensus verò præmissarum est specie distinctus ab assens^s conclusionis: sed aliàs nequit esse causa & quivoca: ergo. Prob. min. Causa equivo-
ca est vniuersalis, & remota, indigenisque
ab aliâ causa particulari determinari; vt patet
in Sole, qui cum homine generat hominem,
cum semine plantam, &c. sed assensus præmis-
sarum est particularis, nec determinatur ab
aliо: ergo. Resp. conc. mai. neg. min. & eius
prob. Nam de ratione causæ & quivocæ non
est, quod sit vniuersalis; sed satis est, produ-
cere effectum alterius speciei; nam aqua cau-
sat frigiditatem, obiectum speciem, actus ha-
bitum, habitus actum, &c. & tamen sunt cau-
sæ equivocæ.

Dices: Licet præmissæ producant speciem
intelligibilem, non tamen possunt producere
alium assensum numero distinctum: ergo tanto
minus poterunt producere assensum conclusio-
nis, qui est specie distinctus. Conc. antec. neg.
conseq. Nam causa & quivoca, vt talis, semper
producit effectum alterius speciei, licet non
posset effectum solo numero distinctum pro-
ducere; sicut volitio finis, iuxta aliquos, cau-
sat volitionem mediorum, quam virtualiter
continet, non tamen aliam volitionem eius-
dem finis.

Arg. tandem: Quia multoties recordamur actus conclusionis, quia recordemur præmissarum: ergo potest dari conclusio sine præmissis: Resp. neg. antec. Quia ille actus, cuius recordamur sine præmissis, non est actus conclusionis, sed simplicis propositionis; qui sunt species distincti. Dices: Actus ille causatur a specie derelicta in memoria ab actu conclusionis; sed species solum concurrit ad actus similes illis, à quibus fuit producta: ergo illa erit conclusio eiusdem speciei sicut prima; & consequenter non requiritur influxus præmissarum. Resp. argumentum probare, præmissas adhuc tanquam conditionem non requiri ad assensum conclusionis. Dicimus ergo, aliam esse speciem conclusionis, & aliam simplicis propositionis, quamvis de eodem obiecto materiali. Unde neg. mai. Nam implicat, excitari in memoria actum conclusionis ut talis sine præmissis. Unde illa cognitio excitatur, vel ab obiecto de novo proposito, vel quia olim intellectus formavit illam propositionem.

Inde colliges, assensum præmissarum esse distinctum ab assensu conclusionis; & intellectum non eodem actu, quo assentitur præmissis, assentiri conclusioni. Tum: Quia sunt assensus species distincti; nam unus est assensus,

seu notitia principiorum; alter verò conclusio-
nis, seu scientiæ; isti autem assensus ab habiti-
bus specie distinctis elicuntur. Tum: Quia
causa efficiens debet realiter distingui à suo
effectu. Cum ergo, ex dictis, assensus præ-
missarum sit causa assensus conclusionis; seque-
tur, debere esse assensus realiter distinctos, &
non unicum. Tum: Quia alias idem actus
effet clarus, & obscurus, certus, & incertus,
affirmativus, & negativus, naturalis, & super-
naturalis; casu, scilicet, quo una præmissa effet
clara, alia obscura, una affirmativa, alia nega-
tiva, una naturalis, altera supernaturalis; que
rationes sunt valde oppositæ, neque in eodem
actu reperiri possunt.

Sed rogas hic: An præmissæ præcedant
conclusionem, & quomodo? Resp. quod præ-
missæ possunt sumi tripliciter: vel ut sunt sim-
plices propositiones ad invicem non applicatæ,
nec ordinatæ in syllogismo; vel ut sunt appli-
catæ, & ordinatæ; & sic adhuc dupliciter: vel
ut sunt fundamentaliter causæ, & secundum uni-
formam naturam, ut præscindunt à relatione; vel
ut formaliter subsunt relationi causæ in ordine
ad conclusionem ut effectum. Rursus priori-
tas est duplex: Temporis, scilicet, & nature;
ut dicemus in post prædicament.

Dicimus ergo: Si præmissæ sumantur, ut
simplices quædam propositiones sunt, possunt
præcedere tempore conclusionem; quia sic nul-
lam connexionem, aut ordinem ad conclusio-
nem dicunt. Si vero sumantur formaliter, ut
sunt sub relatione ad conclusionem, sunt simul
tempore, & natura cum ipsa, & nullo modo
priores; nam relativa sunt simul tempore, na-
tura, & cognitione, ut dicemus in Log. agen-
tes de relationibus. Si denique sumantur, ut
sunt fundamentaliter causæ, debent esse simul
tempore, sed natura præcedunt conclusionem.
Primum patet: Quia causa, quando actu can-
sat, debet actu existere, ut dicemus in Physi-
ca: sed præmissæ sunt causæ: ergo. Secundum
etiam constat: quia conclusio essentialiter de-
pendet à præmissis: sed id, à quo aliquid essen-
tialiter dependet, est prius natura illo, quo
dependet: ergo.

Nota tamen, non ab id nos negare, intelle-
ctum posse elicere prius assensum unius præ-
missæ, quam alterius; sæpè enim contingit in
nobis propter imperfectionem nostri intelle-
ctus, ut prius eliciatur maior, quam minor; ut
tenet Arist. i. Post. cap. i. Sed tamen dici-
mus, assensum viriusque præmissæ, quamvis
prius tempore inter se eliciti, debere perma-
nere,

nere, & esse simul etiam conclusione in eadema instanti temporis.

Quæst. III. An assensus premissarum necessitatet intellectum ad assensum conclusionis?

Nota, quod necessitas quantum, ad præfens, est duplex: scilicet, quoad specificationem, seu contrarietatis; & quoad exercitium, seu contradictionis. Prima est illa, ex vi cuius potentia ex suppositione, quod operatur, debet operari hanc speciem actus, & nolito modo oppositam; licet absolute possit omnem actum suspendere. Sic voluntas circa bonum in se est necessitata, quia licet possit non elicere actum, sive volitionis, sive nolitionis; si elicit aliquem actum, talis actus necessario debet esse amoris, & non odij. Secunda est illa, vi cuius potentia ita est determinata ad unum specie actum, ut non possit illum non elicere, seu ab exercitio cessare. Sic voluntas in patria necessitatur quoad exercitium à Divina Essentia clarè visa; quia non solum non potest eam odio habere, sed neque actum suspendere, aut cessare ab amore illius.

Et quidem certum est, quod quando intellectus

lectus cognoscit, præmissas esse veras, & rectè dispositas, necessitatur quoad specificacionem ad assensum conclusionis; ita ut supposito assensu præmissarum, non possit intellectus dissentire conclusioni. Et ratio est: Quia intellectus non potest dissentire vero, ut vero, sicut nec voluntas potest odio habere bonum ut bonum: sed per assensum præmissarum obiectum conclusionis proponitur intellectui ut verum; nam ex præmissis veris, necessarijs, & rectè dispositis non potest sequi conclusio, quæ vera, & necessaria non sit; quia ex verò, & necessario non potest sequi nisi verum, & necessarium: ergo non potest conclusioni dissentire, supposito præmissarum assensu.

Similiter est certum, quod intellectus ex se, & secundum suam naturam consideratus, etiam quoad exercitium necessitatur, quando cognoscit præmissas esse veras, & rectè dispositas; nam ex se est causa naturalis; ideoque si non impeditur, necessario agit, nec valet actum suspendere. Quare questio procedit de intellectu ut subiicitur voluntati; in quo sensu habet quamdam participationem libertatis; & eius sensus est, an intellectus ex imperio voluntatis possit suspendere assensum circa conclusionem, supposito assensu vero, & evidenti præmissarum necessariarum?

L 14 Resp.

Resp. negativè cum Subt. Doct. in primo dist. i. q. 4. §. *Contra quartum.* v. *Ad argumenta pro opinione.* n. 16. Prob. potentia naturalis debitè applicata ad obiectum proportionatum non potest exercitium suspendere circa ipsum: sed intellectus est potentia naturalis, & aliunde per assensum præmissarum debitè applicatur ad cognoscendam conclusionem: ergo non potest assensum cōclusionis suspendere; & consequenter suppositio præmissarum assensu, necessitatibus quoad exercitium ad assensum illius. Mai. est evidens: quia non alia ratione potentia visiva non impedita, nec clausa non potest visionem suspendere, quando visibile est proportionatè præsens, & illuminatum, nisi quia est potentia naturalis debitè applicata ad obiectum. Prob. min. Per assensum præmissarum cognoscit intellectus, præmissas esse rectè dispositas, & evictenter conclusionem inferre: ergo per assensum illarem debitè applicatur ad conclusionem cognoscendam. Confirm. Stante præmissarum assensu, cognoscit intellectus, præmissas non posse alter se habere, & conclusionem esse necessario connexam cum illis: ergo necessitatibus ad elicendum assensum conclusionis.

Fortè dices, posse voluntatem impedire actionem

actionem potentie naturalis etiam debitè applicatæ ad obiectum proportionatum; ut patet in potentia loco motiva, quæ est potentia naturalis, & necessaria, & tamen illius actus suspendi potest per voluntatem: ergo ex eo, quod intellectus sit potentia naturalis, & obiectum debitè applicatum, non inseritur, quod non possit exercitium suspendere circa ipsum.

Sed contra: Quia voluntas, quando aliquid permittit, non potest impedire id, quod necessario ad illud sequitur; nam si oculi sunt aperti, & non impediti, quando visibile est proportionate præsens, & illuminatum, non potest impedire visionem, quæ necessario ad illa sequitur; sed supposito præmissarum assensu, necessario sequitur assensus conclusionis: ergo si voluntas permittit assensum præmissarum, non potest impedire conclusionis assensum. Confirm. Supposita apprehensione terminorum primorum principiorum, nequit voluntas impedire iudicium illorum: ergo nec assensum conclusionis, supposito assensu præmissarum. Antec. constat ex Subt. Doct. in tertio dist. 23. §. Alter. n. 9. Conseq. verò patet à paritate rationis: nam ideo nequit iudicium impediri in casu apprehensionis, quia termini illi habent evidentiam manifestam

connexionis : sed conclusio habet evidentem connexionem cum præmissis, quando istæ sunt veræ , necessariæ , & rectè dispositæ : ergo assensus conclusionis nequit impediri à voluntate , perm̄ s̄o assensu præmissarum. Nec paritas adducta aliquid valet ; est enim manifesta disparitas. Nam potentia loco motiva magis sub ijscit voluntati, quam intellectus ; nam illa absque imperio voluntatis nullum elicit actum ; secus verò iste ; quia ut intelligitur voluntati prævius , absque imperio voluntatis in suos exit actus ; ideoque licet potentia loco motiva possit impediri , non verò intellectus.

Arg. primo : Datur habitus facilitans intellectum ad assensum conclusionis : sed hoc non esset verum , si intellectus esset determinatus , & necessitatus ad assensum conclusionis ; ergo. Prob. min. Nam habitus est facilitas potentiae ad operandum , & determinans ipsam potentiam ad agendum : sed potentia determinata , & necessitata , non indiget facilitate , aut determinatione ; ideoque in natura iter determinatis , ut sunt gravia ad motus deorsum , non datur habitus : ergo.

Resp. conc. mai. neg. min. Ad prob. dist. mai. Determinans potentiam , quando est indec-

indeterminata, conc. mai. semper, neg. mai. & minor. Habitus enim non datur in potentia ob solam indifferentiam, sed ad tollendam difficultatem; ideoque adhuc potentiam determinatam iuvat, ut facilius, citius, delectabilius, & intensius operetur, quam sine habitu. Exemplum autem de gravibus nihil probat; quia illa neddum sunt naturaliter determinata, & necessitata ad motum deorsum, sed etiam se movent quantum possunt; neque possunt modo facilis, aut intensius, modo remissius, aut minus facile operari; proindeque habitus nihil praestaret.

Unde displicet Froylan. respondens, habitu conclusionis etiam deservire ad assensum præmissarum quatenus inferentium; nam sic inspectæ sunt causa veritatis; & causam veritatis ut eam cognoscere pertinet ad scientiam, que rem per causam demonstrat. Displicet, in quam: quia ex solutione sequitur, assensum præmissarum, ut talium, non distinguiri ab assensu conclusionis, quamvis iste sit per illum ut per causam: ergo nequit idem habitus elicere assensum præmissarum, adhuc ut inferentium, quia iam esset idem assensus; & licet scientia sit cognitio rei per causam, non tamen est cognitio causæ alias eadem cognitio esset causa sui ipsius.

Arg.

505 Secunda pars Summ. Disp. vlt.

Arg. secundo: Intellectus subditur imperio voluntatis: ergo voluntas potest impedire intellectum, ne assentiarur conclusioni, adhuc posito praemissarum assensu. Confirm. primo: Voluntas non necessitatatur quoad exercitium ad amandum bonum: ergo nec intellectus ad assentiendum vero. Confirm. secundo: Voluntas potest impedire continuationem assensus conclusionis: ergo poterit etiam impedire, ne eliciatur.

Resp. Ad argumentum conc. antec. neg. conseq. Nam intellectus, ut stat sub imperio voluntatis, habet potestatem eliciendi, vel non eliciendi assensum praemissarum; attamen ex suppositione talis assensus necessario elicit assensum conclusionis; neque in potestate voluntatis est, talem assensum impedire. Sicut licet voluntas absolute possit facere, ne oculus videat, vel ipsum claudendo, vel tollendo lucem; tamen ex suppositione, quod velit oculos aperire, & lucem apponere, non est in eius potestate visum impedire.

Ad primam confirm. neg. conseq. Diferimen est: Quod voluntas est potentia essentia-
liter libera, que adhuc obiecto debite applicato, potest operari, & non operari; intellectus vero est potentia necessaria, que preinde
non

non potest non operari, proposito obiecto. Ad secundam dist. antec. Potest impedire continuationem assensus conclusionis impediendo simul assensum præmissarum, conc. antec. stante illo, neg. antec. & conseq. in eodem sensu. Voluntas enim potest impedire, tam primam elicientiam, quam continuationem assensus conclusionis, sed impediendo prius elicientiam, vel continuationem assensus præmissarum; illo tamen stante, nequaquam potest.

Arg. tertio: In modis Barbara, Celarent, Celantes, Baraliptron, potest ex ijsdem præmissis, inferri duplex conclusio, alia directa, & alia indirecta: ergo tunc præmissæ non necessitant intellectum ad assensum alicuius conclusionis determinatè. Resp. conc. antec. neg. conseq. Quia adhuc in his modis semper ex præmissis necessitatur immediate inter assensum conclusionis directè. Latio hunc, & non aliud elicit, poter, etio possit vocibus co² Etiam proferre; mediata ver necessitatatur ad assensum conc. quatenus est convertens conclu² Etiam. Posset etiam sine scrupulo ad veritatem conclusionis, quod i. os necessitetur ad assentijendum alicui ex his duobus

1507 Secunda pars Summ. Disp. vlt.

bus vagè licet ad nullam necessitetur determinatè. Prima tamen solutio melior est.

Sed rogas , quid dicendum de assensu conclusionis , quando præmissæ sunt tantum probabiles ? Resp. adhuc posito tali assensu , posse voluntatem impedire assensum conclusionis. Ratio est : Quia adhuc posito tali assensu , non apparet evidenter veritas conclusionis , adhuc mediatè ; nec connexio necessaria conclusionis cum præmissis , sed solum connexio probabilis , & contingens ; quæ , quia potest ita non esse , ideo voluntas adhuc ex suppositione non necessitatur , nam contingens non necessitat ; cuius contrarium apparet in præmissis evidentiibus , & necessarijs .

Non tamen est verum tunc casus , quod ajunt aliqui : adhuc intellectum non necessitari exercitium ad assensum conclusionis ; consensum , aut motionem voluntatis : Quia obiectum est sufficiens intellectui : sed alias intellectus faria : ergo non potest non. opere.

Opinio est semper cum formidine go intellectus non necessitatur ad conclusionis ex assensu præmissarum probabilium . Deinde : quando propositio op- posita

posita conclusioni eliciendæ appareat probabilior, vel est contradictoria æquè probabilis, etiam necessario præberet assensum præpositiōni minus probabili, vel circa æquè probabiles se ipsum determinaret, quod est contra rationem causæ naturalis: ergo indiget imperio, seu consensu voluntatis.

Resp. ad primum formidinem non tollere determinationem, sed solum firmitatem assensus. Unde semel posito assensu præmissarum, necessitatur intellectus ad assentendum conclusioni, esto cum formidine. Et si argumentum quid probat, suader utique, non posse dari judicium, & assensum præmissarum sine consensu voluntatis.

Ad secundum dicimus, in primo casu propositionem probabiliorem, nisi adsit imperium voluntatis, rapere intellecti assensum; quia fortius agens tiam contrarij. Inde tamen dicitur quia hoc non oritur ex indeterminatus, sed ex fortiori motu opinionis, que impedit assensibilis. In secundo vero casu non habebit assensum, adhuc ex imperio. Quare si voluntas vult intellectum a partem reflectere, necesse erit imperio, ut cesse

509 Secunda pars Summi Disp. vlt.

à consideratione rationum vnius partis , vel vt
circa unam novas rationes inveniat ; aliás sem-
per manebit dubius , & suspensus . Satis
de secunda parte Summularum .

m Dcc & X3

FINIS.

Si Cerebante la Concepcion
Constar 6111

+ *h. Litteras delatoris
et clamatorum*

Ans. 5. a pion

Dolores

20 Dic 1773

333

Disputatio de substantia

Information

Supponimus ex quotidiana et praedicta orig: Cg en ex f: 2. Incluere istaque est canis, aquila et gravis, sit incipiendo =

Questi, quid, O quadruplex sit anima.

2000000000

by J. P. C. Cooper, Jr., University of North Carolina, Chapel Hill, N.C.

262

卷之三

卷之三

111 bros Seanimas, (having done)
111 bros de Seanimas 30 annos en
111 bros de Seanimas 30 annos en

206 minutes

*ne Phryg. obfutioria occurrit, unde magna in illiusibus exponit, et non neque sibi
retro adhuc in agro, aqua facta e, nunc est quoniam invenit, dicitur in theologia. Ob his velut per dominum,
humor in me precepsit, sive apella. Ob his in deodine, cap. 3. hoc, dum ceperam quod in his in
clara, de Divinitate, p. 39. Augustinus in prius ut est in his exponit de exteriori vita, et interiori
quoniam illa est inter malo et bono, et tempore tribus, tempore p. 39. in his ab comparato, sed ad ipsas
est plena cum aliis, et specie tenetis post, dico quod sit, et dico quod sit, ad legationem huius dicitur cuius nec dicitur
criterio de humanis ex plantaribus. 3 Dicitur.*

proxy ingenuity of its hydroelectric energy assets; on contrary, probably due largely to relatively negligible hydroelectric potential.

Liber primus de anima

Et hoc est originalis de anima cuiusque corporis, qui est organum rationis, sicut
Sacerdos est organum, et instrumentum, unde obitur, dum organum per se ipsum non habet
potest per se.



244